

307.DE VOLUNTATE DEI PARTICULARI REJICIENDA CONTRA MALEBRANCHIUM

[Winter 1685/86 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH IV 8 Bl. 30. 1 Zettel (4 × 10,5 cm). 2 S.

5

*E*¹ BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 106.*E*² ROBINET, *Malebranche et Leibniz*, 1955, S. 413.

Diese sich mit Malebranche auseinandersetzende kleine Notiz, die keine äußeren Datierungsmerkmale aufweist, könnte im Zusammenhang mit verwandten Überlegungen des *Discours de métaphysique* (N. 306) zur *volonté générale und particulière* niedergeschrieben worden sein.

10

Si Deus ea universali voluntate agit, secundum Malebranchium, quae aliis creaturis attribuuntur, ipso tantum concurrente non video quid opus sit Deo voluntates particulares tribuere in formatione animalium; sed nec video tamen quomodo miracula pleraque omnia ad simplicia naturae angelicae opera tuto revocentur. Ita enim non magis miracula erunt quam septem mirabilia mundi. Si vero voluntas particularis est, cujus ratio reddi 15 non potest, seu quae in nullam generalem potest resolvi puto nullam Dei voluntatem esse particularem, cum omnia a Deo secundum generales quasdam leges fiant. Secundum Malebranchium Deus omnia agit hoc solo discrimine quod aliae ejus actiones sunt legibus conformes, aliae secus, sed ipse sibi contradicit dicens, Deum omnia generalibus voluntatibus agere nisi ordo aliud postulat.

20

11 agit, (I) quae aequae ab aliis creaturis fiunt, ac peccata (2) secundum *L* 16 puto (I) tunc (2) omnes Dei (3) | Dei voluntas (4) | Dei *str. Hrsg.* | nullam *L* 17 Deo (I) ex generalibus (2) secundum *L* 18 f. sunt (I) rationabiles, aliae secus (2) legibus *L*

308.DE LIBERTATE CREATURAE RATIONALIS

[Frühjahr bis Sommer 1686 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH I 7, 5 Bl. 66–67. 1 Bog. 2°. 4 Sp.*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 380–384.Übersetzung: ROLDÁN, *Escritos*, 1990, S. 199–205.

Zur Datierung vgl. N. 309.

Sunt quaedam Principia quae Theologi et philosophi in negotio Divinae voluntatis atque operationis circa Status et Actus creaturarum ante omnia ponunt, nec tam in iis
 10 probandis quam explicandis et contra objectiones salvandis occupantur. Eaque sunt haec potissimum

Deus est omniscius.

Deus est justus.

Creaturae earumque operationes a Deo dependent.

15 Substantia rationalis agit libere.

Gratia hominem ad bonum opus quodcunque movet et in eo perficiendo adjuvat.

Quia Deus est omniscius, hinc praescit futura contingentia absoluta, item futura contingentia conditionata.

Quia Deus est justus hinc non est causa mali. Item ratio esse debet cur Deus uni
 20 largiatur quae ad salutem requiruntur, alteri vero non praebeat, eaque ratione permittat ut damnetur.

8 (1) Duo | (2) Tria *erg.* | sunt (a) quae (b) principia (c) summa capita Doctrinae totius de | fato *erg.* | Libero Arbitrio, gratia, praescientia, praedestinatione; primo Deum esse justum, secundo Hominem esse liberum, tertio (aa) DE (bb) hominem nullum bonum opus peragere sine auxilio gratiae (cc) omne bonum opus auxilio gratiae incipi et peragi. (3) In Doctrina de divina justitia (4) Sunt *L* 9 Status et *erg.* *L* 9 f. creaturarum (1) maxime liberarum, non tam probant, quam contra objectiones salvare contendunt, haec ante omnia ponunt, atque ab objectionibus defendunt, quae huc fere redire mihi videntur. (2) ante . . . occupantur. *L* 14 f. dependent. (1) Homo est liber (2) Homo | (3) Creatura (4) Substantia rationalis *erg.* | agit libere. *L* 18 f. conditionata. | Item Deus scit omnia possibilia *gestr.* | Quia *L* 19 mali. (1) Item Deus non sine causa alios quidem ad salutem (2) Item | hinc *erg.* u. wieder *gestr.* | ratio *L* 19 f. uni | potius quam alteri *gestr.* | largiatur (1) salutem (2) quae *L* 20 requiruntur (1) aliis vero ea neget (2) alteri . . . praebeat, *L*

Quia creaturae et creaturarum operationes a Deo dependent, hinc nulla est realitas in rebus, quae non continue a Deo sit sive producat. Idem ergo dicendum est de realitate quae est in operatione libera bona vel mala.

Quia creatura rationalis agit libere, ideo actus ejus sunt contingentes seu non necessarii.

5

OBJECTIONES

[1.] Nulla potest ratio reddi, cur Deus uni det salutem alteri neget. Nam si dicas Deum dare salutem ei qui bonos actus exercet; quaeritur porro cur Deus det uni ut exercent bonos actus, alteri non det. Si dicas Deum uni dare gratiam exercendi bonos actus aut resistendi pravis, quia ei placuit ut in aliis justitiam in aliis misericordiam suam [exerceret]; rationem non reddis cur in Petro potius quam in Juda gratiam an vero misericordiam exercere voluerit. Quod si nulla omnino a parte rei talis ratio est Deus est injustus. Sin datur ea ratio, debet ea consistere in re quae non data est a Deo, alioqui redimus ad priora. Ergo debet in creaturis rationalibus discrimen aliquod intelligi ante omne decretum Dei de illis.

15

[2.] Non potest explicari quomodo Deus non sit causa peccati, si producit omnem realitatem quae est in actu peccaminoso.

[3.] Si Deus praescit quid creatura sit electura[,] creatura non habet libertatem eligendi.

[4.] Si nullus est actus qui non habeat rationem cur sit potius quam non sit, nullus erit actus contingens sive liber. Semper enim ratio reddi poterit cur elegerit Voluntas, ergo posita illa ratione non potuit non eligere.

20

[5.] Non potest explicari quomodo creatura sit libera, si ille ipse actus voluntatis, qua se determinat in eligendo a Deo producitur. Adam deliberat utrum debeat pomum edere

25

1 creaturae (I) a Deo ut est (2) et creaturarum L 2 Deo (I) produca (2) promanet (3) producat (4) sit sive producat. (a) Ponamus enim realitatem quae est in aliqua actione a Deo non produci, erit aliquo (b) Idem L 5 f. necessarii. (I) Objectiones: Si Deus omnia infallibiliter praescit, (a) hom (b) creatura rationalis non est libera in agendo. Si dantur contingentia, ex quorum consideratione sciri non potest (2) OBJECTIONES: Si dantur effectus contingentes, ita ut ex consideratione causarum sciri non possit, utrum sint futuri vel non, (a) omnino sciri non potest (b) illi praesciri non possunt. Ratio nulla (3) OBJECTIONES L 7 f. dicas (I) hoc fieri quia (2) Deum L 8 exercet; (I) respondetur (2) quaeritur L 9 gratiam (I) bonorum actuum aut (2) exercendi L 11 exerceres L ändert Hrsg. 11 in (I) Titio potius (2) Petro L 17 f. peccaminoso. (I) Non potest explicari quomodo (2) Si L 21 elegerit (I) Mens (2) Voluntas, L 22 f. eligere. (I) Si Deus (2) Non L 23 ipse (I) transitus (2) |actus erg. | L 24 producitur. (I) Judas deliberat an debeat Christum prodere an non. Ponamus (a) Judam esse penitus in (b) Judas vel penitus eodem modo se h (2) Adam L

vel non. Si est indifferens per omnia ad utrumque oppositorum, quaeritur transitus ab indifferentia ad alterutrum inclinans unde oriatur? Si ab ipso homine, quaeritur quid homo ad eum contribuat. Nam si ad ipsum contribuit, jam eo ipso transiit ex statu indifferentiae, ergo nihil ad eum contribuit. Itaque a Deo solo producitur. Sequeretur
 5 ergo non hominem revera eligere nisi quia prius eligit Deus, quod in peccaminosis actibus est absurdum. Certe Deus producit quicquid reale est in hoc transitu, imo Deus prius agit in hoc transitu quam homo, pone enim hominem prius agere, utique illius actus realitas rursus ab homine producitur. Dicendum ergo est hominem cum eligit peccare, non esse indifferentem immediate ante electionem, alioqui transitus ad malum non ipsi
 10 esset ascribendus sed Deo. Quotiescumque ergo homo peccat, majorem inclinationem habet ad peccandum quam non peccandum, sed hinc videtur non esse liber.

Actus liber est actus contingens seu non necessarius creaturae rationalis.

Necessarium est cujus contrarium implicat contradictionem. Itaque tota rerum Series non est necessaria sed contingens et libere a Deo electa, possibile enim erat alio
 15 modo mundum creari sed Deus elegit quod melius visum est.

Potest aliquid esse certum licet non sit necessarium. Ita si ratio sit major eligendi quam non eligendi, certum est non tamen necessarium electionem esse secuturam.

Decretum creandi est natura sua posterius praevisione qualis res sit futura. Rispolis.

Accurate loquendo Deus non decernit dare aut negare gratiam aut salutem; vel
 20 praedeterminare ad certos actus; sed tantum creare Personam illam cujus plena Notio talem seriem actuum liberorum et gratiarum involvit, sive in qua sub possibilitatis ratione considerata Deus hujusmodi eventuum seriem concipit.

1 non. (1) Si est | prorsus *erg.* | indifferens ante electionem, et tamen transit ad electionem, et is transitus producitur a Deo, nihil ad id contribuentem Adamo (nam id quod contribuit vel est actus adhuc indifferens, qui nihil contribuit, vel ad alterum inclinans, et de hoc similiter quaeritur, ut detra (2) Si *L* 2 inclinans (1) utrum sit ab (2) an non produca (3) unde *L* 5 eligere (1) sed Deum (2) nisi *L* 8 f. peccare, (1) nunquam esse indifferentem (2) non . . . immediate *L* 11 f. liber (1) Liberum est (2) Liberum est quod est (3) Actus *L* 14 electa, (1) quia infiniti alii mun (2) possibile *L* 17 non tamen necessarium *erg.* *L* 17 f. secuturam |, non tamen necessarium *gestr.* |. Decretum *L* 18 Rispolis. *erg.* *L* 19 decernit (1) , dare (2) praedeterminare voluntatem (3) dare | aut negare *erg.* | *L* 19 gratiam (1) dare salutem (2) aut *L* 19 salutem; (1) determinare (2) vel praedeterminare *L* 20 creare (1) Ens (2) Personam | illam *erg.* | *L* 21 f. sive . . . concipit *erg.* *L*

Distinguendum est inter ea quae sunt de cujusque rei *Essentia*, et quae sunt de ejus *notione*. De rei *essentia* sunt quae ei *necessario* ac *perpetuo* competunt, de rei vero *singularis* *notione* sunt, etiam quae ei *contingenter* seu per *accidens* competunt, seu quae Deus in ipsa perfecte intellecta videt.

Revera quaecunque rebus non competunt perpetuo, ea ne tunc quidem cum competunt necessario competunt, sed accedente decreto divino vel humano. 5

Status rei unus ex alio non sequitur necessario, licet semper sequatur certo seu semper ratio sit cur potius sequatur quam non. Ratio inquam inclinans non necessitans. Posset enim non sequi sine ulla implicatione, etsi sequatur. Et ratio illa sumenda est vel a Divina voluntate, vel a creata. 10

Ex his intellectis non difficulter respondetur ad objectiones.

Ad obj. 1: Omnino verum est discrimen intelligi in creaturis ante Decretum Dei de ipsis. Scilicet ante decretum creandi. Nullo autem alio opus est decreto quam hoc uno, quia caetera in eo continentur. Nam persona creabilis, antequam creatio ejus decernatur, jam in *notione* sua plena possibili continet omnia quae de ea si crearetur dici possent et inter alia certam gratiarum et actionum liberarum *seriem*. Itaque Deus non decernit illi dare gratiam vel alia quoad *essentiam* sed quoad *existentiam*; seu Deus decernit creare creaturam cujus plena *notio* talem *seriem* gratiarum et liberarum actionum involvit, quanquam non necessario sed *connexione* qualem rei natura postulat. 15

Ad obj. 2. Deus producit realitatem quae in peccato est, quia status creaturae hunc a Deo concursus exigit vi Divini Decreti, quod sapientiae Dei fuit conforme. Status autem creaturae sive ante lapsum, sive post lapsum, fuit inclinatio ad peccandum ex ipsa natura creaturae; si divina gratia non sustineretur, per lapsum autem ea inclinatio 20

1 cujusque (1) rei | (2) individui (3) rei *erg.* | L 2 f. de (1) ejus *notione* vero (2) rei . . . *notione* L 3 f. , seu . . . videt *erg.* L 5 perpetuo (1) ea ipsis tantum competunt (a) per accidens (b) libere aut per accidens (2) ea L 6 f. humano. (1) Unus status rei ex alio non sequitur necessario (a) sed semper accedente (b) sed tamen ob (2) Status L 7 rei | mutabilis *gestr.* | unus L 8 f. Ratio . . . enim non (1) oriri (2) sequi . . . sequatur. *erg.* L 12 discrimen (1) esse (2) intelligi L 14–16 continentur. (1) Et creatura (a) una | (b) possibilis *erg.* | jam in *notione* sua plena continet (aa) certam gratiarum | divinarum *erg.* | et liberarum actionum *seriem*. Itaque Deus non concernit eas illi dare, quoad earum *essentiam*, sed quoad earum *existentiam*, quatenus decernit talem creaturam creare. (bb) certam gratiarum et actionum liberarum *serierum*. (2) | Nam persona (a) creanda (b) creabilis . . . plena | possibili *erg.* | continet . . . *seriem*. L 18 et liberarum actionum *erg.* L 20 producit (1) id quod in peccato reale est, (2) realitatem L 20 status (1) hominis | (2) creaturae *erg.* | (a) vi decretorum Dei hoc postulat. Status autem hominis semper talis est (b) hunc L 22 autem | hominis sive *gestr.* | creaturae L 23 divina (1) virtute (2) | gratia *erg.* | L 23 sustineretur (1) post (2) | per *erg.* | L

ordinaria et perpetua facta est. Status autem ille voluntarius est; et licet inclinatus ad peccandum, tamen nondum peccaminosus. Datur tamen aliquis primus status non voluntarius, saltem initio cum creatura primum esse incipit.

Ad obj. 3. Praescientia non tollit liberum arbitrium, imo nec praeordinatio. Nam
5 utraque praesupponit liberam actionem jam in rei notione involvi et tantum decernit rem tali notione praeditam creare. Et in hoc consistit praeordinatio.

Ad obj. 4. Ratio cur actus aliquis potius sit quam non sit, non necessitat, alioqui cum certo eligitur quod optimum vel est vel apparet, destructa esset libertas.

Ad obj. 5. Jam responsum est in obj. 2. Conceditur scilicet hominem non esse
10 absolute indifferentem, sed habere majorem inclinationem ad peccandum, immediate antequam eligit peccare. Non ideo tamen minus libere peccat, ut dictum est ad obj. 4.

Notandum est eos qui hominem jam lapsum et sub massa corrupta comprehensum constituunt objectum electionis et reprobationis recte quidem facere, sed non ideo impedire quin creatura aliqua ut Adamus, aut Angelus ante lapsum objectum electionis et
15 reprobationis intelligatur. Ubi distinguendum est inter essentiam et existentiam actus sive status. Angelus a bono desciturus non erat objectum reprobationis, nisi quoad existentiam hujus status, nam quoad essentiam status jam hanc dispositionem involvebat, ut si crearetur certum esset damnatum iri, non aliter ergo eum Deus reprobavit, quam quod reprobationis certum creare decrevit.

1 est; (I) licet nondum peccaminosus. (2) et L 10 absolute *erg.* L 15 f. intelligatur. (I) Sed
revera (2) Angel (3) Adamus distin (4) | Ubi . . . status. *erg.* | Angelus (a) malus (b) a L 16 objectum (I)
praedest (2) | electionis seu *gestr.* | reprobationis, L 17 existentiam (I) quoad essentiam (a) actus | (b) status
erg. | vero jam erat hanc dispositionem invol (2) hujus . . . involvebat L 18 crearetur (I) foret damnandus.
(2) certum . . . iri, L 19 quod (I) reprobandum (2) reprobationis certum L

309. DE LIBERTATE, FATO, GRATIA DEI

[Frühjahr bis Winter 1686/87 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH I 6, 2 Bl. 3–6. 2 Bog. 2°. 8 S. auf Bl. 3 r^o – v^o oben, 4 r^o, 3 v^o unten, 4 v^o – 6.*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 306–322. 5Übersetzungen: 1. ROLDÁN, *Escritos*, 1990, S. 77–96. 2. E. CATTIN in J.-B. RAUZY, *Discours de métaphysique*, Paris 1993, S. 113–134.

Dieses und das vorangehende Stück widmen sich erneut (wie schon N. 303) dem Problem von Freiheit, Vorherbestimmung und göttlicher Gnade, wobei hier vorwiegend das theologische Bedürfnis im Vordergrund steht, auf der Grundlage der anerkannten, die christliche Gottesvorstellung betreffenden Prinzipien Gottes Güte und Gerechtigkeit zu beweisen. Während N. 308 die vorauszusetzenden Prinzipien, dann mögliche Einwände und Er widerungen skizziert, bietet unser Stück, ähnlich vorgehend, die ausgeführte und zusammenhängend durchformulierte Version, die ausblickend den Pyrrha-Deukalion-Mythos aufgreift, um das Dilemma und seine Auflösung zu veranschaulichen. Die Datierung kann sich auf die Wasserzeichen der beiden Stücke stützen, wobei der Belegzeitraum für das vorhergehende Stück etwas später anfängt und etwas früher aufhört als der für unser Stück. Da jenes aber als Vorarbeit zu unserer Abhandlung aufzufassen ist, kann sie nicht früher angesetzt werden. 10 15

Inter omnes Quaestiones quae post stabilitam providentiam agitantur, nulla latius per religiones nationesque diffusa est, aut plus in humana vita potest, quam quae de Libertate, Fato, Gratia Dei, et connexis, non sine animorum motibus virtutisque ac pietatis praeiudicio passim ultro citroque disputatur. Tractari autem dupliciter potest, vel inchoando rem a primis principiis, atque inde ducendo conclusiones utcunque se dabunt, vel proponendo sibi conclusiones quas religio et philosophia practica teneri jubent, easque inter se et cum principiis philosophiae speculativae conciliare; quarum methodorum, etsi eodem ducant, illa sublimior haec faciliior ac pro imbecillitate nostra tutior est. 20 25

Has ergo positiones quae sequuntur quoad ejus fieri potest, tenendas atque tuendas viri pii ac prudentes censent.

Deus est omniscius, nullaque adeo formari potest enuntiatio intelligibilis, de qua illi non certo constet, utrum vera an falsa sit. Itaque non praeterita tantum et praesentia, sed futura quoque contingentia, eaque non tantum absoluta, sed et 30

23 et (1) moralis do (2) morum disciplina (3) philosophia practica *L* 24 easque (1) ex (2) inter se et cum *L* 25 , etsi eodem ducant *erg. L* 25 pro imbecillitate nostra *erg. L* 27 quae sequuntur *erg. L* 28 f. censent. (1) Deum esse omniscium, nullamque formari posse quaestionem vel propositionem, (2) Deus . . intelligibilis, *L*

conditionata ipsi sunt nota. Ut mirari subeat, Christianos, et philosophos circa futura conditionata contrarium defendere aut vel suspicari potuisse.

Deus omnia praeordinat. Neque enim otiosa ejus scientia est neque quicquam intellectui ejus objicitur, quin sit objectum voluntatis, neque judicium ille suspendere
5 potest, quoniam suspensio judicii non nisi ex ignorantia proficisci potest.

Deus est creator omnium rerum. Hoc est nullum datur Ens reale quod non sit a Deo, sive id ex nihilo sive ex alio praecedente producat. Itaque quotiescunque nova aliqua realitas existere incipit in natura, sive sit substantia sive accidens, modo sit ab aliis realiter distincta, eam a Deo produci tenendum est.

10 Deus est conservator omnium rerum. Hoc est non tantum res cum existere incipiunt a Deo producantur, sed etiam non continuarent existere, nisi continua quaedam Dei actio ad ipsas terminaretur, qua cessante ipsae quoque cessarent. Ita ut revera creatio nihil aliud sit quam hujus actionis initium. Scio quosdam viros doctos hanc propositionem in dubium vocare, quoniam putant ea admissa justitiam et sanctitatem
15 divinam in periculo esse, verum ipsi, opinor fatebuntur, si removeri possit hoc periculum Deo dignius esse, ut creaturae non initio tantum suae existentiae, sed continue a divina operatione dependeant. Itaque merito hanc positionem inter eas colloco, quae tuendae sunt, si fieri potest.

Deus est summe justus. Hoc ita intelligo, non quemadmodum illi qui dicunt
20 justum esse quod potentiori placet, et omnipotentiam jus dare in omnia; sed ita ut si fingeremus Deum deposita potestate sua sapientissimorum judicium subire velle (quemadmodum fabulantur de Marte qui in Areopago causam dixit), si quidem possibile esset alios praeter Deum esse summe sapientes; omnium sententia pronuntiandum foret, justum esse dominum, et justa judicia ejus. Vel ut possibilia dicam, si nos
25 intelligeremus satis divinam gubernationem, non tantum agnitiuri essemus in Dei potestate esse alio vase uti

1 f. futura *erg.* L 2–5 potuisse. (1) Deum esse omnipotens. (2) Deus est omnipotens. Hoc est Deus (a) quicquid (b) quidvis facere potest, quod non implicat contradictionem, in hoc enim fere notio possibilis impossibilisque consistit. Itaque potentia Dei non tantum se ad ea extendit quae fuerunt aut erunt, sed et quae saltem (aa) concipi (bb) distincte atque adaequate concipi possunt. Atque hoc sensu scriptura sacra dicit, non esse apud Deum impossibile ullum verbum, verbum scilicet quod intelligi (aaa) potest (bbb) perfecte potest. (3) Deus omnia praeordinat. (a) Hoc est (b) Non oti (c) Neq (4) Deus . . . potest. L 7 id *erg.* *streicht Hrsg.* id L 11 f. quaedam (1) esse (2) Dei L 14 vocare, (1) vi (2) quoniam (a) verent (b) putant L 15 fatebuntur, (1) ces (2) si L 22 dixit (1) hoc est si consideremus Deum ipsum non tant (2) tunc (3) si L 24 ut (1) magis ad (2) possibilia L

ad honorem, alio ad contumeliam, sed etiam ipsum unoquoque aptissime et sapientissime usum esse, ita ut nulli qui totam rerum harmoniam intelligeret, locus conquerendi futurus esset, nisi forte de seipso.

Deus non est causa mali sive peccati. Hoc ita intelligendum est, ut malum divinae voluntati nullo modo imputari possit, etiamsi realitas physica in malo non posset non, ut alia Entia omnia, a Deo dependere. Sed hoc postea explicandum est distinctius. 5

Deus vult omnes homines salvos fieri, omnibusque gratiam tribuit sufficientem. Hanc propositionem scio a quibusdam Christianis negari, quoniam putant eam cum divina illa supereminencia atque efficacia stare non posse. Sed ipsi opinor negare non poterunt suam sententiam duram admodum videri ac multos 10 offendere, itaque si nostra positio defendi potest, salva divina magnitudine, utique potius tuenda est. Danda enim opera est, ut Deum non minus Optimum, quam Maximum esse intelligamus.

Homines habent libertatem in agendo non tantum a coactione, sed etiam a necessitate. Itaque nulla unquam praecepta Dei sunt homini impossibilia 15 servatu, neque unquam deest gratia qua possibilia reddantur.

Hae sunt positiones potissimae, quas inter se et cum recta ratione conciliari pietatis et virtutis plurimum interest. Si ergo inspiciantur propius ante omnia videtur incompatible Deum esse omniscium et actiones dari liberas. Nam si Deus infallibiliter praescivit Petrum esse abnegaturum, infallibile id erat Petrum esse 20 abnegaturum. Quodsi infallibile, utique erat necessarium. Ad hoc respondetur, infallibilitatem non facere necessitatem. Petrum enim non fuisse abnegaturum, quia Deus praesciverat, sed Deum praescivisse quia Petrus erat abnegaturus. Et cum omissa etiam praescientia Dei futurorum contingentium in se sit determinata veritas, adeoque ab aeterno verum fuerit Petrum esse abnegaturum; utique praescientiam debere veritatem 25 relinquere qualis erat nempe contingentem.

1 ad (I) iram (2) | honorem *erg.* | L 9 eam (I) quam (2) cum (a) efficacia ac supere (b) divina L
9 supereminencia (I) stare non posse. Sed cum contraria sint dura admodum et plerosque homines pios
offendant, (a) impios vel (b) malos vel (2) et (3) atque L 10 poterunt (I) contrariam (2) | suam *erg.* | L
11 nostra (I) sententia (2) | positio *erg.* | L 11 potest, (I) salvis divinis perfectionibus (2) salva L
16 possibilia (I) reddi possint (2) reddantur L 18 Si (I) porro (2) | ergo *erg.* | L 18 f. inspiciantur (I)
accuratius videntur (2) propius (a) videntur pugnare inter se. Nam si Deus omnia praescit, (aa) sequitur (bb)
praescivit ab aeterno quod Petrus erat abnegaturus. Et quidem Deum | esse *erg.* | omniscium et actiones
dari liberas videtur (aaa) cons (bbb) esse incompatible. (b) ante . . . liberas. L
21 f. respondetur, (I) aliud esse infallibile (a) aliu (b) seu certum, aliud necessarium, et (2) infallibilitatem . . .
necessitatem (a) et (b) Petrum enim L 22 enim *erg.* L 23 abnegaturus. (I) Sed regeritur (2) Et idem
futurum (3) Et cum (a) ab (b) omissa L 25 debere *erg.* L

Verum regeret aliquis, rem futuram seu nondum existentem, quae aeternae praee-
 xistenti infallibiliter conformis esse debet, non debere causam dici aeternae illius, sed
 potius effectum, et ex hoc ipso quod ab aeterno jam determinata erat haec veritas utique
 eam non posse esse contingentem. Et posita ejus certitudine cum initio nullus adhuc
 5 existat Petrus, adeoque nec abnegatio, utique in rebus extra Petrum positis jam ante
 existere aliquid, unde ea abnegatio infallibiliter consequitur, sive id sit praescientia Dei
 sive ejus realitas objectiva nempe illa ipsa aeterna veritas; quae certe reale est quicquam,
 ubicunque demum subsistat, sive in causis, sive in divino intellectu, sive in divina
 voluntate. Quodcunque autem ex his quae longe ante existunt, infallibiliter sequitur, id
 10 utique necessarium esse.

*Der folgende Absatz wurde von Leibniz zwar nicht gestrichen, jedoch am Rande durch die beiden
 nachfolgenden Absätze – wohl erst nach Abschluß der Schrift – inhaltlich ersetzt. Daher geben wir ihn im
 Kleindruck wieder:*

Sed respondendum est, concedi quidem existere aliqua ante existentiam Petri, ex quibus infallibiliter
 15 sequatur Petrum esse abnegaturum, nempe ejus ideam vel notionem perfectam possibilem ex omnium de Petro
 veritatum realitatibus objectivis constantem, sive sint necessariae et ex Petri essentia fluentes, sive sint
 contingentes, eamque possibilis de Petro notionis realitatem in Deo subsistere ab aeterno: at non ideo concedi
 necessariam esse Petri abnegationem; necessarium enim definimus cujus oppositum implicat contradictionem.
 Jam vero diversissima sunt, ex positis aliquid sequi infallibiliter, ac proinde esse hypothetice necessarium, et
 20 aliquid sine ulla suppositione existentium, ex sola necessitate essentialium sive ex terminis vel ideis
 demonstrari, adeoque contrarium contradictionem implicare. At instabis, Petri abnegationem vel aliud tale
 sequi ex essentia Divina, Deus enim vi essentiae suae futura omnia praevidet scientiaque sive visionis sive
 media dicatur, non in genere tantum, sed et cujuscunque veritatis praevisae in specie, videtur esse Deo
 essentialis. Respondeo essentialia quidem esse Deo, ut praevideat quamlibet veritatem, seu ut possit resolvere
 25 omnem

1–3 aliquis, | (1) potius (2) rem futuram (a) et non (b) seu . . . et erg. | L 3 f. utique erg. L
 4 contingentem. (1) Et si quis dicat ab aeterno (2) Et cum nihil existat de Petro, praee-
 xistenti abnegatione (3) Et (a) cum | (b) posita . . . initio erg. | L 5 jam ante erg. L 6 unde ea | abnegatio erg. |
 infallibiliter consequitur erg. L 6 f. praescientia (1) sive (2) Dei . . . nempe L 9 voluntate. (1) Id autem
 utique necessarium esse, nulloque modo liberum, (a) ex quo (b) si longe ante existant aliqua, unde ipsum
 infallibiliter consequatur. (2) Quodcunque L 14 est, (1) non concedendo (2) concedi L 14 ante (1)
 consequentia (2) existentiam L 15–17 abnegaturum, (1) sed non ideo (2) nempe ejus (a) essentiam (b)
 ideam . . . | perfectam erg. | . . . constantem (aa) ex omni (bb) sive (aaa) est (bbb) sint . . . contingentes (aaaa)
 cujus (bbbb) possibil(is) Petri | (cccc) eamque . . . Petro erg. | . . . concedi L 20 suppositione (1) ex ipsis
 existentiarum (2) existentium L 20 necessitate (1) essentiae demonstrari (2) essentialium L 20 vel
 ideis erg. L 21 instabis, (1) | futura contingentia erg. | sequi ex (2) Petrum esse abnegaturum (3) Petri . . .
 tale L 22 praevidet (1) , videtur (2) tam enim scientia visionis, quam scientia media, cum omnibus suis
 objectis, est ipsi essentialis. (3) Seu (4) scientiaque L 23 dicatur, (1) videtur Deo esse (2) non L
 23 veritatis (1) in specie, videtur esse Deo (2) praevisae L

quaestionem; sed non esse ipsi essenziale, ut resolvat ipsam affirmando vel negando; esse quidem essenziale ipsi, ut resolvat eam vere, sed cum ipsa veritas hic non sit essentialis, ideo nec essentialis ipsi erit Resolutio. Sed porro instabis, unde oriatur tandem illa resolutio quaestionis, si non ex essentia divina, quandoquidem veritas illa objectiva cui conformis est resolutio, nullam aliam sedem suae realitatis habere potest, quam ipsum Deum, quando ab aeterno nulla alia praeter Deum substantia existit. Hic plurimis viris 5 doctis et piis videtur confugiendum necessario esse ad id unum, quod in Deo non est essenziale, sed liberum nempe decretum voluntatis, a quo solo principium contingentiae in rebus peti possit.

Hic alterutrum dicendum est, vel realitatem objectivam scientiae divinae aut veritatis futurorum contingentium sive absolutorum sive conditionatorum esse Deo essentialem vel pendere ab aliquo libero decreto Dei. Cum enim ea realitas non alibi sit 10 quam in Deo tertium opinor, dari nequit. Exempli causa realitas objectiva aeterna hujus veritatis, quod Ciclagitae obsessi Davidem Sauli essent tradituri, vel pendet vel non pendet ab hypothesisi seu conditionali itidem veritate, antecedentis alicujus aut in ea realitate impliciti decreti divini de concurrento propinque aut remote, seu de aliis ad hanc Ciclagitarum electionem praesupponendis; si non ab eo pendet, aut si ab eo pendet 15 quidem, sed decretum istud supponit tandem aliud futurum conditionale contingens a nullo amplius decreto dependens, dicendum est essentialem quidem esse Deo hujus veritatis realitatem, objectum tamen ipsum contingens liberum manere, seu contingentiam alicujus veritatis posse esse Deo essentialem. Nisi quis malit uti processu in infinitum, alia semper decreta in aliis conditionalibus veritatibus, et haec rursus in 20 decretis fundando. Quodsi talia dici non possunt, et processus in infinitum in istis suppositionibus videtur absurdus, nec defendi

1 ut (I) non (2) resolvat L 2 hic erg. L 2 ideo erg. L 4 quandoquidem (I) nihil aliud ab aeterno existit (2) veritas L 4 objectiva (I) nullam (2) cui L 5 f. Hic (I) ver (2) mihi videtur salvo aliorum iudicio tantum (3) plurimis . . . videtur L 7 f. voluntatis, . . . peti (I) potest (2) possit. erg. (a) Itaque dico a divinis decretis liberis (aa) oriri (bb) seu a dispositione providentiae omnia gubernantis (b) Neque enim video quid aliud in Deo sit ad rem pertinens, quam intellectum et voluntatem, quodsi ex intellectu solo divino sequeretur haec veritas Petrum esse abnegaturum, objecta autem divini intellectus non sint res non existen (c) Itaque dicendum est veritates contingentes ex combinatione quadam intellectus ac voluntatis Dei resultare, nec proinde necessarias reddi; licet | omnino erg. | ab aeterno consistent, neque | adeo gestr. | aliam praeter Deum sedem habeant suae realitatis. (d) Hic (aa) duplex occurrit responsio, una est | (bb) alterutrum . . . vel erg. | L 8 realitatem (I) qu (2) objectivam L 8 f. divinae (I) adeoque futurorum contingentium veritatem (2) aut . . . contingentium L 12 quod (I) Deus (2) habitantes (3) Ciclagitae (a) David (b) obsessi (aa) Saulem (bb) Davidem L 12–15 pendet (I) ab hypothesisi seu conditionali veritate, antecedentis alicujus decreti divini vel non. (2) vel . . . | aut in ea realitate erg. | . . . praesupponendis; L 13 itidem erg. L 16 aliud (I) decretum (2) futurum L 18 realitatem (I) quia tamen ipsa veritas est de contingente libero (2) objectum L 21 f. in (I) de (2) istis (a) depen (b) suppositionibus L

12 Ciclagitae . . . tradituri: vgl. 1. Kön. 23, 7–14.

potest contingentiam esse essentialem, et non videtur aliquid positivum vel hypothetice in creaturis statui posse, quod non implicet aliquam divinae voluntatis actionisque liberae suppositionem, itaque ex mente ista rejicientium superest ut confugiatur ad id unum quod in Deo non est essenziale, sed liberum, nempe decretum voluntatis, a quo solo
 5 principium contingentiae in rebus peti possit. Atque ita dicendum foret, veritates contingentes ex combinatione quadam, potentiae, intellectus, et voluntatis divinae, resultare, nec proinde necessarias reddi, licet omnino ab aeterno consistent, nec aliam praeter Deum sedem habeant suae realitatis.

Hic vero videre mihi videor subtilem aliquem philosophum sic porro urgentem:
 10 Deus qui sine exacta cognitione nil decernit, perfectissime novit, etiam antequam decernat Petrum hunc (qui postea abnegavit) existere debere, quid de Petro sit futurum si existat sive quod idem est, habet in suo intellectu notionem vel ideam Petri ut possibilis perfectissimam omnes veritates circa Petrum continentem, quarum realitas objectiva totam Petri naturam sive essentialiam constituit, ac proinde essenziale Petro est abnegare
 15 Deoque id praenoscere. Respondendum est in hac completa Petri possibilis notione quam Deo obversari concedo contineri non tantum essentialia, seu necessaria, quae scilicet ex notionibus incompletis sive specificis fluunt, adeoque ex terminis demonstrantur, ita ut contrarium implicet contradictionem, sed et contineri, existentialia ut ita dicam sive
 20 completa, omnesque circumstantias individuales etiam contingentes ad minima usque contineat, alioqui non ultimata esset, nec a quavis alia distingueretur, nam quae vel in minimo differrent, diversa forent individua, et notio vel in minima circumstantia adhuc indeterminata, non foret ultimata, sed duobus individuis diversis communis esse posset. Haec tamen individualia non ideo sunt necessaria, neque ex solo intellectu divino
 25 pendent, sed et ex decretis divinae voluntatis quatenus ipsa decreta ut possibilia ab intellectu

1 videtur (I) ulla (2) aliquid (a) vel hypothetice (b) positivum L 2 statui (I) , quod (2) posse, L
 3 suppositionem, (I) his inquam (2) constit (3) secundum hanc sequentiam (4) haec inquant qui sentiunt (5)
 itaque . . . rejicientium L 6 quadam, (I) intellectus (2) potentiae, L 10 qui . . . decernit, erg. L
 11 hunc . . . abnegavit) erg. L 12 vel ideam erg. L 12 ut erg. L 13 perfectissimam | sive ideam
 gestr. | omnes L 13 quarum (I) ver (2) realitas L 14 proinde (I) naturale est (2) essenziale L
 15 Deoque id praenoscere erg. L 16 obversari (I) non nego (2) | concedo erg. | L 16 contineri | quo
 erg. u. gestr. | non L 16 essentialia, (I) sed (2) seu L 16 necessaria, (I) sed et ut ita dicam Existentialia
 sive contingentia; (2) quae L 16 f. scilicet (I) non (2) ex (a) solis (b) notionibus L 19 natura (I)
 individui est, ut notio (2) substantiae L 20–23 completa, (I) alioqui non ultimata esset, nec a quavis alia
 distingueretur. (2) omnesque . . . distingueretur, (a) quae in ali (b) nam (aa) si vel in minimo (bb) quae . . .
 posset L 24 ideo (I) fiunt (2) | sunt erg. | L 24 necessaria, (I) quia ne (2) sed habent aliquam
 dependentiam (3) neque L 25 ipsa decreta erg. L

divino considerantur. Nam diversa individua possibilia, diversis ordinibus sive seriebus rerum possibilibus insunt, et quaelibet series possibilium individuorum non tantum a notionibus specificis quae eas ingrediuntur, sed et a quibusdam decretis liberis pendet, quibus illius seriei ordo fundamentalis et ut ita dicam leges constituuntur. Itaque manet quod dixi secundum hanc explicationem contingentia non tantum ab essentiis sed et liberis Dei decretis pendere, adeoque nullam in illis esse, nisi certo modo hypotheticam necessitatem. 5

Verum hic eo ipso dum res in voluntatem divinam refunditur in aliam induimur difficultatem de divina Praeordinatione sive Fato. Et defensa libertate humana videtur prodi sanctitas divina. Utique enim Deus omnes quaestiones determinat, et eas quidem quae absolute necessariae sunt, tantum intelligendo, seu ideas sui intellectus contemplando circa contingentes autem videtur semper exercere suam voluntatem contribuendo ad hoc ipsum ut alterutrum oppositorum contingentium praevalere possit, neque unquam sese habere otiose. Itaque nullus actus contingens ei offertur circa quem non decernat Deus utrum existere an non existere debeat. Quare et peccatum existere debere decernet, certe talia facit decreta, ex quibus si cum essentiis rerum copulentur actus infallibiliter sequitur. 15

Der in Kleindruck folgende Text wurde von Leibniz gestrichen und durch den nächsten Absatz ersetzt:

Eritque adeo, quod merito horremus, autor peccati Deus, non homo, qui nondum existit, et decretum Dei aeternum non potest aliquando non exequi. Haec sunt fateor difficilia, quae tamen Deo juvante superare non desperamus. Fatendum est igitur veritatem aeternam alicujus contingentiae non aliam posse habere realitatem, quam quae partim ab intellectu partim a voluntate divina fluit; item Deum de omnibus futuris contingentibus, etiam peccaminosis decreta facere; non tamen eum velle vel decernere, ut peccatum existat, sed decernere ut peccatum permittatur, adeoque autorem peccati non esse. Verum inquires cum tota rerum futurarum series a divinis decretis promanet, nec homo adhuc ullus existat, et tamen ex his quae nunc decernit Deus infallibili 25

2 rerum (1) insunt (2) possibilibus L 3 a (1) Divinis decretis liberis (2) quibusdam L 4 seriei (1) harmonia sive (2) ordo (a) contineretur (b) universalis consti (c) fundamentalis L 5 secundum hanc explicationem erg. L 8 eo . . . refunditur erg. L 8 aliam (1) nos videmur induere (2) majorem nos induimur (3) induimur L 9 f. Fato. | (1) Inde (2) Ita enim consequi videtur peccata etiamsi libera manerent, tamen (3) | Et erg. | defensa . . . humana (a) prodetur dignitas (b) videtur . . . divina. erg. | (aa) Videtur enim Deus (bb) Utique L 10 Deus (1) omnia (2) omnes (a) ver (b) quaestiones L 11 quae (1) ex sua (2) absolute L 11 sunt, (1) sine interventu (2) tantum L 12 contemplando (1) , eas vero quae contingentes censentur, (2) circa L 12 videtur (1) non posse non exercere volu | (2) necessario (3) semper erg. | L 12 f. voluntatem | (1) non tantum ap (2) contribuendo ad hoc ipsum ut alterutrum oppositorum eligatur (3) contribuendo . . . possit, erg. | L 14 Itaque (1) nihil unquam vid (2) nullus L 16 f. certe . . . sequitur erg. L 19 Deus erg. L 20 aeternum erg. L 21 posse erg. L 24 f. futurarum (1) realitas (2) series L 25 f. Deus (1) necessaria (2) infallibiliter (3) infallibili L

consequentia hominem prava electurum sequatur, cur homini potius quam Deo actum imputamus? Responderi potest primum ex concessis et paulo ante definitis, quod libertas humana non tollitur praescientia, ergo nec decreto; sed instabis, etsi libertas humana non tolleretur, tamen iustitiam divinam tolli, quae efficiat ut libertate nostra male utamur. Varia respondent autores. Plerique contenti sunt dicere Deum se habere pure
 5 permissive circa actum peccati. Recte, sed hoc non videtur sufficere adversariis, quoniam ex Dei permissione infallibiliter sequitur actus, unde perinde videtur esse in rei veritate utrum Deus dicatur permittere peccatum an velle. Respondeo quantum ad certitudinem futuri peccati rem eodem redire, sed non quoad inculpationem Dei. Instabis: cur ergo permittit, quod impedire potest. Hic non video quid melius responderi possit, quam quod a S. Augustino dictum est, non permetteret Deus malum, nisi bonum faceret etiam de malo. Ergo, inquires, Deus vult
 10 meum peccatum, ut inde majus bonum elicere possit. Respondeo, hoc ipsum est non velle sed permittere, aut si mavis permittere velle. Non enim Deus vult peccare, non vult producere peccatum, sed vult existere te, id est eum quem scit peccaturum, quia peccatum tuum in melius convertere novit. Dicendum est igitur quod jam praeclare notavit Hugo a S. Victore, Deum non decernere proprie loquendo

Ex quo duo videntur posse elici, scilicet homines non esse liberos quibus omnes
 15 actus alterius vel essentia vel voluntate sunt praedefiniti, vel saltem Deum velle mala, et esse peccati autorem. Ad primum facilis responsio est ex superioribus, nam non magis decreto quam praescientia tollitur libertas, ut enim praevidetur ita et cum voluntate aliqua praevidetur vel decernitur hominem esse libere electurum id est ita ut salva sit indifferentia seu ut nulla absoluta necessitas imponatur. Et licet rursus praevisio in
 20 essentia Dei vel voluntate fundetur, tamen quomodo dicendum sit manere contingentiam, seu possibilitatem contrarii in praecedentibus explicatum est, ita ut nulla hic sit difficultas nova. Altera consequentia est difficilior. Etsi enim homo esset liber, et proinde culpandus, tamen Deus non minus esset culpandus imo magis, qui efficeret, ut libertate nostra male utamur adeoque causa mali esset voluntaria. Saltem videtur
 25 hypothetica illa

1 hominem (I) mala (2) prava L 1 f. imputamus? (I) Respondeo eandem fore difficultatem (2) Ut enim concedamus e (3) Responderi L 2 primum (I) actum (2) ex concessis (a) si ex eo quod Deus videt (b) et L 3 nec (I) prae (2) decreto L 3 quae (I) liber (2) efficiat L 5 quoniam (I) Dei permissio multum differt a (2) ex L 6 Deus (I) dicat se (2) dicatur L 7 Respondeo | igitur *erg. u. gestr.* | quantum L 8 permittit, (I) aut potius quidni velle eum dicemus (2) quod L 8 quid (I) aliud (2) melius L 10 inde (I) magis manum (2) majus L 10 Respondeo (I) vult (2) hoc L 14 elici, (I) unum (2) | scilicet *erg.* | L 14 f. quibus . . . | vel essentia vel *erg.* | . . . praedefiniti *erg.* (I) aut si lib (2) vel L 15 f. Deum (I) non esse justum, sed (2) velle . . . esse L 16 superioribus (I) ut enim praescientia Dei ita (2) nam (a) ut (b) non L 19 absoluta *erg.* L 19–22 Et . . . nova. *erg.* L 19 f. rursus *erg.* praevisio (I) vel essentiam Dei vel voluntatem praesupponat, (2) in . . . fundetur, L 20 sit (I) hominem solvi (2) manere L 22 liber, (I) tamen (2) et L 24–S. 1603.9 utamur (I) decernendo ut peccamus. (2) adeoque . . . voluntaria. (a) Respondendum est igitur Deum hoc non efficere sed permittere tantum, (aa) Deum scilicet proprie loquendo non decernere (bb) quod ut melius intelligatur, quia vulgo non satis explicatum (aaa) est (bbb) video, sciendum est: Deum proprie loquendo non decernere (b) Saltem . . . decernere L

necessitas sufficere ad hominem excusandum, sive enim ex decretis divinis sive ex
 praexistentibus ab aeterno contingentiarum futurarum realitatibus sive etiam ex essentia
 hominis cujusque aut Dei vel universi (quemadmodum ex natura circuli ejus proprietates
 sequuntur), sequi ponatur quid homo sit facturus, nihil referre videtur in praxi et aequae
 constricti videntur mortales ad peccandum. Verum huic posteriori difficultati 5
 respondendum erit infra, cum Sophismati occurremus, quod veteres otiosum dicebant.
 Nunc quod ad causalitatem Dei, dicendum est Deum mala, non efficere nec velle, sed
 permittere tantum, quod ex sequentibus intelligitur clarius, nunc operae pretium erit
 tenere Deum non decernere ut Petrus peccet, sed hoc potius, ut ex infinitis possibilibus
 creaturis ob abditas sapientiae causas eligatur et Petrus, in cujus notione possibili seu 10
 cognitione perfectissima quam Deus de ipso habet, antequam existentiam ejus decernat
 continetur quod si existet est libere peccaturus vel ex infinitis modis creandi mundum,
 seu ex infinitis suis decretis possibilibus Deus ea elegit, cum quibus connexa est series
 illa rerum possibilium in qua Petrus libere peccaturus continetur. Itaque Deus actuali
 decreto revera Petro possibili peccato existentiam tantum largitur; adeoque non 15
 decernit Petrum peccare, sed tantum Petrum possibilem ad existentiam admitti licet sit
 peccaturus. Qui si peccaturus (libere licet) non esset, ne quidem hic Petrus esset
 quemadmodum Hugo a S. Victore quaerenti, cur Deus Jacobum dilexerit, Esavum odio
 habuerit, respondit non aliam ejus rei rationem reddi posse, quam cur Jacob non sit Esau,
 quod verissimum est. 20

Verum hic porro insurgit difficultas tertia. Licet enim concedamus ex praescientia
 vel etiam determinata veritate contingentium non tolli libertatem, item ex eo quod Deus
 decernit eam seriem rerum existere, in qua intercurrit peccatum, non sequi eum directe
 velle aut decernere peccatum, tamen posito concursu Dei cum creaturis ad
 omnes eorum actus, sequitur Deum in peccato non minus imo magis agere quam 25

1 f. ex (1) aeternis (2) praexistentibus L 2 futurarum erg. L 2 realitatibus (1) sequitur
 infallibiliter quid sit facturus; saltem nihil ad praxin (2) sive L 2 etiam (1) sequi ponatur (2) ex L
 3 hominis (1) quid sit (2) cujusque L 3 universi (1) sequi ponatur (2) (quemadmodum L 4 facturus,
 (1) aequae in praxi (2) nihil L 7 efficere (1) sed (2) nec L 8 intelligetur (1) uber (2) clarius, L
 9 infinitis (1) creaturis possibilibus (a) exi (b) quas Petro praeferre poterat, existat Petrus, de cujus idea sive
 conceptu est, (2) possibilibus L 10 f. possibili erg. seu cognitione | perfectissima erg. | quam . . . decernat
 erg. L 12 quod (1) est libere (2) si L 12 vel (1) ut accuratius adhuc rem exprimam, (2) ex L
 14 libere erg. L 16 f. sed (1) Deum (2) Petrum peccaturum existere, tantum permittit. (3) tantum Petrum
 (a) <vero> (b) | possibilem erg. | . . . peccaturus. L 19 rationem (1) esse, (2) reddi posse, L 23 f. directe
 erg. L 25 Deum (1) peccatum (2) coo (3) compeccare (4) in L

hominem peccantem; ac proinde non minus peccatum Deo quam homini esse imputandum. Scio viros quosdam doctos gravissime invehi in doctrinam de concursu Dei proximo et immediato ad omnes actus creaturarum, tanquam perniciosissimam, et sanctitati divinae adversissimam. Sed vicissim premuntur fortissimis argumentis a
5 dependentia creaturarum sumtis, nam in actu, motu, cogitatione, non est simplex modalitas, sive relatio, sed superadditur nova realitas, est enim reale discrimen inter agentem et non agentem. Haec realitas nova quaeritur unde sit, certe antea non aderat, ideo utique producta est, at nova entia realia sine Dei concursu produci non videtur aut creaturis conveniens aut dignum Deo, et quis credat substantias quidem non posse nisi a
10 Deo produci, accidentia autem posse produci sine Dei concursu adeoque magis esse independentia; et dicere accidens hoc novum produci ex praecedenti, nihil est, revera enim prius accidens non amplius existit, et ejus loco existit aliud novum, reliqua tantum verba sunt; quemadmodumeductio formarum a potentia materiae. Et pari jure diceret aliquis etiam substantias novas produci ex aliis substantiis sine concursu Dei, tandemque
15 eo devenietur, ut dici possit Deum omnino nunc nihil agere (nisi forte cum miracula facit) postquam semel creaturis facultates agendi concessit. Et apud eos qui ponunt non implicare mundum esse ab aeterno, sequetur non implicare nullum esse Deum, itaque vereor ne haec sententia cum natura Entis primi pugnet. Cum inde saltem eliciatur per quotlibet annorum millia mundum imposterum subsistere posse Dei non amplius
20 indigentem. Unde etiam pleraque argumenta solidiora pro existentia Dei corrunt. Nam si Mundus nunc nullam realem dependentiam a Deo habet, non potest demonstrari Mundum in Deo esse, nisi demonstretur prius Mundum incepisse, quod demonstrari posse ex lumine rationis multi etiam Christiani philosophi dubitant. Ex sola autem pulchritudine rerum probabile quidem valde fit Mundum a sapientissimo Architecto esse
25 conditum, necessario autem non colligitur, metaphysice enim loquendo possibile esset infinitos esse Mundos seu systemata rerum in tempore et spatio infinito, et mirum non foret si inter infinitos temere

2 Scio (I) virum doctum (2) viros L 4 adversissimam. (I) Sed haerent satis meo iudicio quando ab ipsis quaeritur unde (a) tantum (b) tandem sit nova illa (aa) Entitas (bb) realitas. (2) Sed non videt (3) Sed L 4 argumentis (I) ab inde (2) a L 5 in (I) actu, non est simplex modalitas, ut in mod (2) actu, L 8 concursu (I) speciali ad eorum et (2) immediato ad eorum productionem (3) produci (a) posse (b) non (aa) di (bb) videtur L 10 sine (I) ullo (2) Dei L 10 f. adeoque . . . independentia erg. L 12 f. , reliqua . . . materiae; erg. L 14 aliquis (I) et substantias produci (2) etiam . . . produci L 15 f. agere (I) nisi cum extra ordinem agit, sal (2) (nisi . . . facit) L 17 f. itaque (I) haec sententia penitus cum natura Entis primi pugnat. (2) vereor . . . pugnet. L 18 f. inde (I) sequatur (a) elic (b) in omnem aete (c) in o (2) saltem eliciatur per (a) multa (b) | quotlibet erg. | L 19 imposterum erg. L 20 solidiora erg. L 22 esse | creatum gestr. |, nisi L 24 a (I) Deo (2) sapientissimo L 26 tempore et erg. L 26 et (I) ex iis (2) unum (3) mirum L 26 f. non (I) esse (2) | foret erg. | si (a) ex infinitis alibi (b) inter L 27 infinitos (I) male ordi (2) temere L

collectos aliqui evasissent pulchri et bene ordinati, quorum unus nobis sorte obtigerit. Quo sane effugio jam dudum usi sunt Epicurei. At vero argumentum sumtum a natura Entis primitivi, unde Entia derivativa continue pendent, neque rejectione progressus in infinitum indiget (quem multi possibilem putant), neque pulchritudine rerum, quae moralem magis fidem, quam certam Scientiam parit. 5

Sed quid dicemus ad difficultatem illam magnam, quod Deus utique concausa peccati est, si ad illud omne quod in peccato reale est, non minus imo magis quam homo concurrat? Illusorium enim videtur dicere, Deum concurrere ad materiale peccati, non vero, ad formale, quod est privatio seu ὀνομία. Verum sciendum est responsionem hanc solidiorem esse quam prima specie videatur, nam omnis pravitas est in imperfectione, 10 imperfectio in limitatione, cum igitur Deo et homine coagentibus, in Deo sit actio perfecta, in homine limitata seu imperfecta, quae imperfectio aliquando tanta est, ut peccati rationem constituat, manifestum est, cur a sola hominis actione formale peccati attingatur. Exemplo rem declarare poterimus. Si magna vi plumulam ego percutiam etiamsi valde perfecta sit actio mea, plumulae tamen actio orta ex percussione erit valde 15 imperfecta et debilis, quoniam ex ipsius natura, quae magni impetus capax non est, limitatio procedit. Eodem igitur modo essentialis creaturarum limitatio effectum divini concursus ad perfectionem actus tendentem contrahit, fructumque ejus aliquando corrumpit Deo tamen nihilominus pro sapientia sua summa ex partibus imperfectis, perfectionem totius obtinente. Unde jam peccatum nasci nulla Dei culpa mirum non est. 20 Cujus praeclarae meditationis fundamenta jam a D. Augustino jacta reperiuntur. Denique considerandum est apud Deum qui omnium rerum consequentias videt, perinde esse ad rem moralem utrum remoto an proximo concursu peccatum juvet, dum facultates largitur circumstantiasque omnes ita coordinat, ut peccatum infallibiliter sit secuturum. Negato

2 argumentum (I) a dependentia re (2) sumtum L 3 Entis (I) per se unde Entia (2) a se, unde (3) primitivi, L 3 f. neque (I) progressu in infinitum indiget, (2) progressus in infinitum rejectione indiget, (3) rejectione . . . indiget, (a) neque in pul (b) quem multi (c) (quem L 6 difficultatem (I) , quod Deus si (2) illam L 6 utique (I) ad peccatum (2) concausa L 7 imo magis erg. L 8 ad (I) formale (2) materiale L 9 f. est (I) solidius (2) responsionem | hanc erg. | solidiorem L 11 limitatione, (I) limitatio autem perfectionis quae est in actione, (2) cum igitur (a) actio Dei sit illimitata (b) Deo L 12 imperfectio (I) aliquando (2) in (3) peccatum con (4) aliquando L 12 f. ut (I) simul (2) peccati L 14 f. percutiam (I) (erigi) (2) etiamsi L 17 limitatio (I) vim (2) effectum L 18 tendentem (I) limitat, (2) | contrahit, erg. | L 18 f. aliquando erg. L 19 f. Deo . . . summa (I) (etiam) (2) | ex erg. | . . . obtinente erg. L 21–S. 1606.6 Denique . . . | enim erg. | . . . | absolute erg. | . . . | ut erg. | saltem (I) pendeant sive ab aete (2) necessario . . . independentibus | si . . . in (a) illis | (b) talibus erg. | . . . est erg. | . . . ex (aa) accedentibus (bb) divinae . . . videtur (aaa) inculpare. (bbb) accusare. erg. L

igitur Dei concursu immediato, nihil lucramus magisque imaginationi vulgi quam rationi interiori consulimus. Semper enim manet difficultas ut vel absolute necessaria sint peccata, vel ut saltem necessario sequantur, sive ex realitatibus quibusdam aeternis a divina voluntate independentibus si quidem in talibus contingentiam locum habere
 5 possibile est, sive ex divinae voluntatis decretis ad necessarias veritates accedentibus quorum utrumque homines a culpa liberare, posterius etiam Deum videtur accusare.

Praecedentes igitur difficultates fuere Metaphysicae, sequitur Moralis ad quam tandem perveniendum est. Ex eo enim quod Deus praeordinat, vel saltem praescit peccata, et eorum executionem remoto vel propinquo concursu juvat sequi videtur
 10 hominem sive liber sit sive non liber, aut non esse culpandum, aut si culpandus est certe a Deo non esse puniendum, qui ipse culpandus sit multo magis. Fingamus dari posse aliquod venenum talis naturae, ut homini propinatum voluntatem depravet, eamque (liberam licet manentem) inclinet ad malum, sic ut praevideri possit homine liberrime consultante, tamen plerumque secuturam esse electionem mali; concedamus hunc
 15 hominem nihilo minus poenam mereri, sed quid dicemus mereri illum, qui tale venenum miscuit, et propinavit? praesertim si ipse sit legislator, eoque tyrannidis veniat, ut miserum illum ob malam voluntatem crudelissime torquere velit, tanquam sibi inobedientem. Videtur autem species illa habere locum in humana natura, nam prava illa dispositio quam peccatum originis appellamus, cui alii rei melius quam tali veneno
 20 comparari potest, et cum animae ubi primum existere incipiunt revera a Deo producantur, sive quis creationem id vocet, sive traductionem, quis non videt, Deum vel animam cum prava dispositione producere, vel in pravae dispositionis barathrum velut immergere, quorum utrum dicamus, parum refert. Et de Adamo ipso non minor est difficultas, quicquid enim de justitia originali jactetur, videtur pravam in eo
 25 dispositionem creatam fuisse, quae effectura erat, ut certae tentationi esset objiciendus, et in ea succubiturus atque ad pejus inclinaturus. Jam fingamus eundem qui venenum propinavit, remedium (tanquam gratiam sufficientem)

7 igitur *erg. L* 7 f. ad . . . est *erg. L* 8 Deus (*I*) non tantum praescit, (*a*) et (*b*) praeordinatque (2) praeordinat, . . . praescit *L* 11 esse (*I*) pro pecca (2) puniendum, *L* 12 propinatum (*I*) non rationem obumbret, (*a*) non (*b*) sed (2) voluntatem *L* 12 depravet, (*I*) ita (*a*) ut libera licet, tamen (*b*) ut quanquam libera maneret, tamen ad malum (2) eamque *L* 13 possit (*I*) utcunque deliberante (2) ipsa (3) homine *L* 14 esse (*I*) con (2) electionem *L* 14 mali; (*I*) ille homo certe ab illo (2) concedamus *L* 16 praesertim (*I*) si eo iniquitatis veniat, ut ipsemet hominem illum miserum quasi (*a*) legum (*b*) sibi legislatori (2) si *L* 16 eoque (*I*) iniquitatis veni (2) tyrannidis *L* 17 ob . . . voluntatem *erg. L* 22 dispositione (*I*) creare (2) | producere *erg. L* 24 videtur (*I*) sequi (2) pravam *L* 26 ea (*I*) no (2) ad pejus inclinaturus (3) succubiturus *L* 27 (tanquam . . . sufficientem) *erg. L*

projicere in medium sed quo ex ipsa veneni dispositione sciat neminem vel conaturum
 esse uti nisi cui ipse prius dormienti aliquot guttas efficacis cujusdam liquoris (seu boni
 motus) infuderit, quo animus praeparetur; et ex his qui usuri sint neminem esse ad
 sanitatem perventurum, nisi in quo certa quaedam sit naturalis constitutio, vel cui
 sufficiens quantitas cujusdam tertiae omnium efficacissimae infallibiliterque si
 superveniat sanaturae compositionis (seu gratiae efficacis) instillata sit. Denique sanatos
 recidivam plerumque pati, et iisdem caeremoniis ut denuo sanentur indigere; paucosque
 admodum novissima sanatione (gratia perseverationis) dignos haberi; inque delectu
 hominum rationem haberi, vel absoluti cujusdam beneplaciti vel distinctionum admodum
 exoticarum, ut verbi gratia illis potius fiat gratia qui videntur suapte natura plurimum si
 semel excitentur cooperaturi tanquam ad parcendum remedio expensaeque quantum licet
 vel aliquando contra illis potius qui per se sunt debilissimi tanquam in ostendam
 remedii efficaciam aliisque modis, ita ut vel regula nulla certa servetur, vel si qua est
 parum aequitati consentanea videatur; cum deceat potius ab eo qui omnibus malum dedit
 omnes quando quidem id fieri potest restitui, vel certe eos qui a pravitate animi non
 liberantur, saltem nec puniri; certe crudelissimis tortoribus non per omnem aeternitatem
 objici quo nihil gravius cogitari potest. Quid igitur de tali propinatore, Medico,
 legislatore dicemus?

Mihi hanc similitudinem attentius consideranti, statim ipsum ejus initium negandum
 videtur, quasi scilicet Legislatores ille venenum dari curaverit quo animi corrumpere-
 rentur, prima enim imperfectionis origo non a voluntate Dei est, sed a limitatione essentiali
 creaturarum ante omne peccatum, negandum etiam est Medicum eundemque
 Legislatorem ob exoticas tantum rationes distinguere sanandos a non sanandis, sed ita se
 gerere dicendum est ut salva sapientia sua melius non possit. Itaque cogitavi de
 similitudine aliqua aptiore, qua simul et Legislatoris justitia et Medici sapientia, et
 aegrorum culpa

1 veneni (I) natura (2) dispositione L 2 guttas (I) efficacioris (2) | efficacis erg. | L
 2 f. cujusdam (I) remedii (2) liquoris (seu boni motus) infuderit, (a) et ex his etiam (b) quo L 4 f. cui (I)
 aliquot (2) sufficiens quantitas L 5 f. si superveniat erg. L 6 (seu . . . efficacis) erg. L 8 (gratia
 perseverationis) erg. L 8–10 inque (I) ea re non (2) delectu (a) bonae voluntatis hominum, sed sive
 beneplaciti cujusdam | hominum erg. | (b) vel absoluti cujusdam beneplaciti vel (aa) rationum | (bb)
 distinctionum erg. | admodum exoticarum, (aaa) vel mirabilis cujusdam (aaaa) definitionis (bbbbb) divinationis
 rationem haberi, dicente ⟨1⟩ (bbb) ut rationem haberi, | (c) hominum . . . exoticarum erg. | (aa) ut scilicet illis
 tantum videtur (bb) ut L 10 illis (I) detur tantum (2) potius L 10 fiat | haec gestr. | gratia L
 11 excitentur (I) coop(erari), (2) cooperaturi . . . licet L 12 potius (I) quam (2) qui L 12 f. tanquam . .
 . efficaciam erg. L 13 aliisque (I) regu (2) modis L 14 parum (I) instituto (2) | aequitati erg. | L
 15 id fieri erg. L 20 ille erg. L 21–24 prima . . . peccatum (I) denique (2) negandum | etiam erg. | . . .
 dicendum est erg. | . . . possit erg. L 25 simul (I) Dei justitia et (2) et . . . Medici L 25 f. sapientia, (I)
 hominumque (2) et aegrorum L

appareret. Fingamus igitur Apologum hujusmodi: cum Deucalion et Pyrrha jussu oraculi lapides post tergum jactassent, inde non statim orti sunt homines, ut poetae volunt, sed statuæ hominiformes. Et cum Deucalion oraculum denuo consulisset, responsum est datam illi a Diis potestatem animandi quas ex statuīs vellet, modo eas simul eligeret quas
 5 idem modus canendi afficeret. Itaque apud ipsum esse, quem vellet chorum statuarum humana vita donari. Deucalion Lydium modum cani jussit. Statimque aliquot statuæ moverunt sese, et silente rursus Deucalionis lyra secundum propriam quandam Musicam saltitarunt atque canentes narraverunt, quicquid gesturi essent, si contingeret ipsas homines fieri ut Deucalionem ad sese eligendas invitarent. Inde secutus est Phrygius
 10 modus saltaruntque aliae statuæ, ac vitam suam futuram si vivere daretur similiter exposuerunt. Mox tertius chorus excepit, et quartus et alii complures, donec saltassent statuæ omnes, nulla enim ex pluribus choris erat.

Der in Kleindruck folgende Text wurde von Leibniz eingefügt und später wieder gestrichen:

Illud autem memorabile est, unoquoque choro saltante apparuisse Deucalioni Tabulam quandam
 15 Musicam (mutato choro aliam semper atque aliam), chori sui moderatricem, quæ partim adamantinis notis Parcarum manu, partim aureis ipso Jovis digito inscripta erat. Et a Parcis quidem erant necessariae atque incommutabiles quaedam proprietates numerorum harmonicorum, at Jupiter clavem aliaque arbitraria sed pauca cantus principia elegisse videbatur. Ex auro autem Jovis liberali, et indomitis fatorum gemmis emicabat fulgor mirabilis, in quo velut speculo repræsentabantur futura illius chori totaque rerum humanarum proditura
 20 facies, si ille eligeretur. Deucalionem cum conjuge, hæc visa atque audita non minus terrebant quam perplexum reddebant in eligendo, ob eventuum mire dispensatam varietatem.

Alius chorus innocentissimum seculum, sed simplicitate languidum promittebat, alii fortitudinis, alii ingenii, alii aliarum virtutum magna documenta daturi erant. Sed semper

1 jussu oraculi *erg. L* 2 poetae (*I*) canunt (2) | volunt *erg. | L* 3 Deucalion (*I*) Euro (2) oraculum *L* 4 potestatem (*I*) animas (2) animandi *L* 4 vellet, (*I*) sed (*a*) ead (*b*) eas tantum quas tamen idem modus canendi afficeret ea lege, (2) | sed *erg. |* quas tamen (3) modo eas (*a*) quas (*b*) simul . . . quas *L* 5 Itaque (*I*) electionem ipsi (2) apud *L* 5 chorum (*I*) in vitam (2) statuarum *L* 6 Deucalion (*I*) primo (2) Lydium (*a*) et phrygium (*b*) modum *L* 7 f. sese, (*I*) et saltitarunt, et (2) et . . . canentes *L* 8 essent, (*I*) si deligerentur ipsi (2) inde (3) si *L* 9 ut . . . invitarent *erg. L* 10 modus (*I*) surg (2) surrexeruntque (3) | saltaruntque *erg. | L* 10 daretur (*I*) narr (2) | similiter *erg. | L* 11 complures (*I*) . Deucalioni ea res electionem difficilem reddit (2) , donec *L* 12 omnes, (*I*) neque enim una nisi unius chori (2) nulla . . . choris *L* 12 f. erat. | Deucalioni et Pyrrhae ea varietas eventuum electionem difficilem reddit. *gestr. | L* 15 (mutato . . . sui *erg. L* 17 numerorum (*I*) Musicorum (2) harmonicorum, *L* 17 f. sed pauca *erg. L* 18 Jovis (*I*) et (2) liberali, *L* 22 Alius | *⟨aureum⟩ erg. u. gestr. |* chorus (*I*) aureum seculum promitt (2) innocentissimum *L*

2 Deucalion et Pyrrha . . . jactassent: vgl. OVID, *Metamorphoses*, I, 347–415, bes. 369–415.

erat quod desiderares, in quolibet choro, et ex aliis choris supplere velles, si per oraculum
licuisset. Erat ex his choris unus, in quo gravia mala praedicebantur, infectio totius hujus
hominum generis a cibo quodam venenato, inde Thyestae coenae, Oedipodei
concubitus, Ixionis et Tantali supplicia apud inferos. Sed haec multo majoribus bonis
pensabantur, ipsius summi Jovis humanarum rerum miserti descensus in terras et sub
humana specie conversatio, crimina omnia mortalium ab hoc expiata, inde aureum
seculum et pax aeterna, et tanta beatorum cum Diis assimilatio, quanta maxima potest.

Hunc ergo chorum, qui talia promittebat, post multam deliberationem unanimes
elegere conjuges duo quod ea ratione maxime Deorum consortio fruituri mortales
viderentur. Subito reliquae omnes statucae quasi indignantibus similes in prioris iterum
formae saxa dissilierunt. At delectae ex omni numero quae isto suffragio vicerant
humanam prorsus naturam habuere. Unde genus mortalium toto orbe propagatum est, ac
diluvii damna expleta. Et Deucalion quidem restaurator nostri generis officio suo
praeclare sibi functus videbatur, laetamque in terras vitam agitabat, donec annis fessos
conjuges eadem ambos suprema dies exolvit. Jamque in Charontis cymba inexorabilem
styga transmiserant, rectaque gressus converterant ad Elysios illos hortos, in quibus
foelices animae coelestia bona praegustant, cum magnus tota inferorum regia tumultus
exurgit. Crederes Enceladi jactationibus tellurem rimas agere, atque inimicum admittere
inferis diem; vel iterum adesse qui Proserpinam Ditis thalamo deducat, qui Cerberum
abstrahat catenis oneratum. Cessat Tityi vultur; et Ixionis rota aliquantisper requiescit.
Tandem silentio facto, intellectum est infelices animas de Pyrrha ac Deucalione tanquam
omnium suorum malorum autoribus queri atque expetere poenas. Ab his sese jactabant a
saxea natura in humanam translatos crudeli beneficio, ut perpetuo torquerentur, nec nisi
supplicio eorum quieturi videbantur. Pluto tantam quaestionem a se ad rerum capitalium
triumviros, Aeacum Minoa ac Rhadamantum rejecit. Conjuges tanto tamque inopinato
periculo perculsi, lachrymis se tuebantur, atque autores oraculi testabantur Deos,
sanctamque

1 desiderares, (I) et ex uno ch (2) in L 2 f. praedicebantur, (I) ut (2) infectio (a) futurorum (b)
totius . . . a (aa) pomi cujusdam esu, inde (bb) cibo . . . inde L 5 descensus (I) ad mortales (2) in terras L
6 mortalium (I) hujus sanctitate et voluntaria patientia expiata (2) ab hoc expiata, L 7 et (I) maxima
hominum (2) tanta (a) hominum cum Diis assimilatio quanta maxima potest (b) beatorum L 7 f. potest. (I)
Beati autem futuri erant quos ju (2) Beati (3) Hunc L 11 quae . . . vicerant erg. L 13 Deucalion (I)
humani ge (2) | quidem erg. | L 16 gressus (I) dire (2) converterant L 17 praegustant, (I) gressus (2)
magnus L 18 exurgit. (I) Credas (2) Crederes Enceladi (a) agitationibus (b) jactationibus L 19 Ditis
erg. L 19 deducat, (I) quia (2) qui L 20 rota (I) nonnihil (2) | aliquantisper erg. | L 21 silentio |
Plutonis autoritate gestr. | facto, L 22 poenas. (I) Cur enim se non maluerint saxa (2) Ab L 23 crudeli
beneficio erg. L

inprimis Themidem, cuius iussa secuti essent cui rei Ovidium et nescio quem Graecum *Metamorphoseon* scriptorem testem citabant. Vix pauca haec dictitans audiri poterat Deucalion, cum statim confusis omnium clamoribus obruebatur, quasi in Deos rejiceret scelus suum, a quibus potestas quidem data ipsi fuisset eligendi, non vero electio prae-
5 scripta esset.

Haerentibus iudicibus, ac si liceret, comperendantibus, ab Elysii animabus legati alter iustitia, alter sapientia inclyti Lycurgus ac Solon advenere. Nuntio enim iudicii ob beatos perlato, indignum videbatur, acriorem malorum memoriam esse quam gratitudinem bonorum. Hic novum ac mirabile certamen piorum atque impiorum,
10 scelerum virtutumque surrexit, cuius partem aliquam nescio unde acceptam Prudentius noster descripsit in *Psychomachia*; tota autem quaestio apud iudices quidem in eo vertebatur, utrum praestet non existere improbos et miseros, an vero existere beatos, et plurisne esset mala vitari an bona procurari. Quam multa ab hominibus eloquentissimis prudentissimisque dicta sint pro utraque causa paucis comprehendi non potest, idque alii
15 fortasse felicius explicabunt, tandem a Plutone rogatus Jupiter per Mercurium stellatam ex ipso Zodiaco Themidis libram misit, cui partis utriusque fata imponerentur, nam ipsi iudices qui in beatos inclinabant pronuntiare verebantur, ne sibi ipsis favisse viderentur. Est autem mirabilis natura hujus librae, qua non corporea pondera, sed causarum momenta aestimantur, ut pro materia sint verba, et pronuntiatis tantum rationibus, pro
20 cuiusque vi lances inclinentur. Incredibili autem omnes expectatione suspensi erant, et Actuario utriusque partis argumenta recitante, nunc huc nunc illud libra quasi trepida titubabat. Ab una parte dicebatur, si aequalis voluptas dolori sit, satius esse non dolere, quam gaudere; ab altera reponebatur praestare in re Musica correctas compensatasque ex arte

1 cuius (I) Se (2) iussa (a) secutos vociferabantur (b) secuti essent (aa) ejusque res (bb) cui rei L 2 haec erg. L 3 obruebatur, (I) qui (2) | quasi erg. | L 6 f. legati (I) eloq (2) alter L 7 alter (I) eloquentia inclyti (2) sapientia L 7 enim (I) controversiae (2) | iudicii erg. | L 8 beatos (I) translato (2) perlato, L 8 videbatur, (I) acriorum (2) acriorem malorum (a) vindictam (b) | memoriam erg. | L 9 piorum atque impiorum, erg. L 10 unde (I) intellectam (2) acceptam L 12 f. beatos (I) participesque Deorum, (2) | et erg. | plurisne | esset erg. | L 14 paucis (I) explicari (2) | comprehendi erg. | L 18 sed (I) rationum (2) | causarum erg. | L 19 ut erg. L 19 materia (I) essent (2) sint L 20 f. et (I) pronuntiante utrinque argumenta Actuario (2) recitante Actuario utriusque partis argumenta (3) Actuario . . . recitante, L 22 dicebatur, (I) do (2) potius esse dolores (3) si L 22 sit, (I) praestare (2) satius esse L 23 correctas (I) dissonantias quam (2) compensatasque L

1 Ovidium: OVID, *Metamorphoses*, I, 315–415. 2 Graecum *Metamorphoseon* scriptorem: das möglicherweise fiktive Vorbild Ovids ist nicht nachzuweisen. 11 PRUDENTIUS, *Psychomachia*.

dissonantias, quam inspidam soni aequabilitatem. Replicatum est excusari posse mixturam perturbationis et restitutionis in eadem persona, non ut bona in unos, mala in alios spargerentur. Duplicabatur misceri in eodem non potuisse et miseriam et felicitatem. At Triplicatum est satis varietatum haberi potuisse,¹ etiamsi non ad haec extrema bonorum malorumque itum fuisset. Atque ita multipliciter reciprocabatur serra, 5 donec postremo allegatum est felicitatem electam fuisse non quamlibet sed qua Dii mortalibus unirentur, prae qua cujuscunque miseria[e] aestimatio nullius sit momenti. Eoque motum Deucaliona hanc seriem humani generis praetulisse. Vix haec pronuntiata erant cum subito libra velut magno pondere lanci injecto in hanc partem ruere coepit, nec ullis porro dictis vel minimum commovebatur. Ita Themidis suffragio indubitabili 10 absoluti Deucalion et Pyrrha Dis vota solvebant. At murmur toto inferno ingens ortum est infelicium animarum, quasi nunc primum damnarentur, nec obscurae in Deos blasphemiae audiebantur quorum magnitudini ac voluptati sive Glorae litandum fuisset aeterna calamitate miserorum, quo illis scilicet sua beatitudo conspectior emeretur acriusque ab opposito sentiretur. Fuisse enim in potestate Deorum, praeter illas hominum 15 series, unde fatendum erat optimam a Deucalione electam fuisse, alias ei offerre, ubi non minus mortales felices redderentur, imo magis, neminis miseria beatorum gaudia funestante. Querelis igitur in Deos versis, impiorum quidem rabies magis accendebatur, sed in Elysio deliciantibus bonis et magnitudine quaestionis attonitis admirandum atque inauditum spectaculum sese aperuit. Rediere omnium statuarum species quae coram 20 Deucalione saltaverant. Sed super unoquoque choro pendebat Tabula aurea qua leges aeterno adamante Parcarum scriptae continebantur, quae paucae numero ubi clavem auream manu sua appinxisset

¹ *Am Rande*: (ridiculum poterasse)

1 inspidam (I) vel (2) grati (3) soni L 1 f. posse (I) restitutam perturba (2) mixtam (3) mixturam L
 3 Duplicabatur (I) id nec fieri potuisse, (2) misceri L 5 f. serra, (I) cum tandem pronuntiatum est (a) a
 Lectore (b) non aliter summum Deorum beneficium (2) donec (a) (cui unisset) (b) id denique po (c)
 postremo L 6 est (I) non aliam rationem fuisse, qua Dii mortalibus unirentur (2) felicitatem L
 7 unirentur, (I) pro divinae autem, (2) Divina (3) prae qua (a) nulla cujusquam a (b) cujuscunque L
 8 hanc (I) rationem (2) seriem L 11 f. ortum est erg. L 12 nec (I) absph (2) obscurae L
 13 audiebantur erg. (I) qui (a) soli (b) suae voluptati so (c) magnitudini ac (d) magnitudini (2) quorum L
 14 f. conspectior (I) ac (2) emeretur (a) extantiusque (b) acriusque L 15 Deorum | ut str. Hrsg. | (I) inter
 alias hominum ser (2) praeter L 17 redderentur, (I) nulla (2) imo L 17 magis, (I) nulla miseria (2)
 neminis L 19 sed (I) piis (2) in L 19 bonis erg. L 21 choro (I) apparuit (2) | pendebat erg. | L
 21 f. qua (I) Mus (2) leges (a) chori sui (b) | aeterno erg. | L 22–S. 1612.1 ubi clavem | auream erg. | . . .
 appinxisset (I) notis (2) summus Deorum, erg. L

summus Deorum, omnes futuros chori quoque sui motus actusque praefiniebant; eaque vis mirabilis nexus et consequentiae tam multorum cantus eventuum cum notis Musicis tam paucis, in quibus tota latebat, impenetrabilis mortalibus dum in terris degunt, purificatis illis Animabus manifeste apparebat. Postremo raptis mentibus in profundum
 5 Divinitatis, ipsum Aeternae Rationis Archivum obtulit sese ubi admissis, et numerus Tabularum sive chororum omnium, qui cogitari possent, hoc est Mundorum possibilium, infinitus licet totus apparuit tandemque inaccessae habitationis lumen ultramundanum superilluxit; quo non eorum tantum quae facta et futura sunt, sed et omnium quae fieri poterant inenarrabilis harmonia ita intellecta est, ut jam demum cognosceretur expensis
 10 quasi in statera infinitis Mundis, ab ipsa aeterna atque infinita sapientia nihil melius reperiri potuisse, quam quod factum est. Neque ideo malos et miseros decretos, sed posita optima atque eligenda rerum serie admissos esse, quod ex ejus legibus sequerentur; nec rei quaesitum esse in Consilio providentiae, an Busiris hospites mactaturus esset, sed an non haec possibilium series praeferenda esset, licet in ea
 15 homicida Busiris, contineretur. Felices autem animae in haec arcana admissae, intellectis rerum fastigiis, et agnita cominus pulchritudine et justitia auctoris sui, nunc demum sese liquido beatas, confitebantur. Nobis autem satis egregium est e longinquo in hac vita agnoscere quod illic coram intueri, inter summa aeternitatis beneficia videbatur.

1–3 praefiniebant; (1) idque (2) eaque . . . notis (a) Harmoniae (b) Musicis . . . paucis (aa) impenetrabilis mortalibus (bb) in . . . degunt, L 4 apparebat. (1) <Cum> (2) Postremo cum Tabulas ipsas contenderent inter se (3) Postremo ipsum aeternum Jovis sese (a) Tabularium (b) | Archivum erg. | dedit in conspectum, ubi suus cuique Tabulae locus, et (4) Postremo (a) rept (b) raptis L 6 hoc . . . possibilium, erg. L 7 apparuit (1) ; et uno admirabilis intelligentiae ictu (2) et (a) denique (b) postremo novissimum ultimae rerum rationis (3) tandemque . . . habitationis L 7 f. lumen (1) immenso fulgure illuxit; (2) cujus immenso fulgore i (3) ultramundanum (a) attonitis (b) superilluxit; (aa) unde causa (bb) quo denuo intellecto (cc) Un (dd) | quo erg. | L 9 harmonia (1) intellecta est, (2) per summa rerum fastigia intellecta est, (3) <aucta> (4) jam demum intellecta (5) ita L 9 f. demum (1) appareret | (2) cognosceretur erg. | expensis . . . Mundis, erg. L 11 est. (1) Felices autem animae nunc demum se vere beatis (2) Neque L 11 malos (1) <ed> (2) et L 11 f. sed (1) in (2) posita L 12 optima (1) admissos esse, quod (2) atque L 12 f. esse, (1) nec constitutum esse (2) quod . . . rei L 13 esse (1) an <istos> (2) in (a) arcano Di (b) Consilio L 14 f. ea (1) et (2) mactator Busiris (3) homicida L 15 Busiris, (1) et adulter Paris, et (2) contineretur. L 15 animae (1) tam (2) intel (3) in (a) divina (b) haec L 16 et (1) visa (2) agnita L 17 est (1) eminus (2) e longinquo L 18 beneficia (1) <aut> (2) videbatur L

14 Busiris: vgl. u. a. OVID, *Metamorphoses*, IX, 183; *Ars amatoria*, I, 649 f.; HYGINUS, *Fabulae*, 31 u. 56.

310.DANS LES CORPS IL N'Y A POINT DE FIGURE PARFAITE

[April bis Oktober 1686 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH IV 3, 5b Bl. 1. 1 Bl. 8°. 2 S.*E* FOUCHER DE CAREIL, *Lettres et opusc.*, 1854, S. 244–246.

5

Die Datierung dieser Aufzeichnung über die nicht über ein Zeitmoment hinaus fixierbare Figur eines jeden Körpers beruht auf dem Wasserzeichen.

Il n'y a point de figure precise et arrestée dans les corps à cause de la division actuelle des parties à l'infini.

Soit par exemple une droite *ABC* je dis qu'elle n'est pas exacte. Car chaque partie 10 de l'univers sympathisant avec toutes les autres il faut necessairement que si le point *A* tend dans la droite *AB*, le point *B* ait une autre direction. Car chaque partie *A* tachant d'entrainer avec elle toute autre, mais particulièrement la plus voisine *B*, la direction de *B* sera composée de celle d'*A*, et de quelques autres; et il ne se peut point que *B* indefiniment 15 voisine de *A* soit precisement exposée de la même façon à tout l'univers que *A*, en sorte que *AB* composent un tout, qui n'ait aucune sousdivision.

Il est vray qu'on pourra tousjours mener une ligne imaginaire chaque instant, mais cette ligne dans les mêmes parties ne durera que cet instant, parce que chaque partie a un mouvement different de toute autre puisque elle exprime autrement tout l'univers. Ainsi 20 il n'y a point de corps qui ait aucune figure durant un certain temps quelque petit qu'il puisse estre. Or je crois que ce qui n'est que dans un moment n'a aucune existence, puisqu'il commence et finit en meme temps. J'ay prouvé ailleurs qu'il n'y a point de moment moyen, ou moment du changement. Mais seulement le dernier moment de l'estat precedant et le premier moment de l'estat suivant. Mais cela suppose un estat 25 durable. Or tous les estats durables, sont vagues; et il n'y [a] aucun de precis. Par exemple, on peut

10 droite (1) *ABCDE* (2) *ABC* *L* 12 *A* erg. *L* 14 *B*, erg. *L* 21 figure (1) dans (2) | durant erg.
 | *L* 22 je (1) ne (2) crois (a) qui est dans un (b) que ce qui *L* 22 aucune (1) subsistance (2) | existence
 erg. | *L* 24 seulement (1) un moment de (2) le *L*

dire qu'un corps ne sortira pas d'une telle place plus grande que luy durant un certain temps, mais il n'y a aucune place precise ou egale au corps, où il dure.

On peut donc conclure, qu'il n'y a aucun mobile d'une certaine figure, par exemple il n'est pas possible qu'il se trouve dans la nature une sphere parfaite qui fasse un corps mobile, en sorte que cette sphere puisse estre mue par le moindre espace. On pourra bien concevoir une sphere imaginaire qui dans un tas de pierres passe à travers de toutes ces pierres, mais on ne trouvera jamais aucun corps, dont la surface soit precisement spherique.

In instanti le mouvement n'estant pas consideré, c'est comme si la masse estoit toute unie; et alors on peut luy donner telles figures qu'on veut. Mais aussi toute la varieté dans les corps cesse; et par consequent tous les corps sont detruits. Car le mouvement ou l'effort fait leur essence ou difference. Et dans ce moment tout revient en caos. L'effort ne sçauroit estre concû dans la masse seule.

311.DU RAPPORT GENERAL DE TOUTES CHOSES

15 [April bis Oktober 1686 (?)]

Überlieferung: L Konzept: LH I 20 Bl. 206. 1 Zettel (11,5 × 8,5 cm). 21 Zeilen.

Wegen fehlender Datierungsmerkmale stützt sich unsere Datierung auf die Vermutung, daß diese Notiz in Verbindung mit analogen Überlegungen des Jahres 1686 in N. 310 und im *Discours de métaphysique* (N. 306) zum Zusammenhang aller Dinge entstanden sein könnte. Die These, in jedem Teil der Materie seien Organismen enthalten, könnte aber auch auf eine spätere Entstehungszeit verweisen.

2 , mais . . . dure *erg.* L 3 figure, (I) ou dont les parties (2) par L 4 parfaite (I) <trans> (2) qui L 5 f. bien (I) s'imaginer (2) | concevoir *erg.* | une sphere (a) qui passe par plusieurs (b) imaginaire L 6 passe (I) par tout (a) ses p (b) ces pierres à travers de (2) à L 7 corps, (I) qui fasse precisement une sphere (2) dont L 8 f. spherique. (I) On peut même doute si cela arrive au moins *in instanti*, car chaque corps souffrant de toutes les autres de l'univers, il ne se peut point que ces impressions infiniment variables s'accordent à placer precisement <uni> (2) In L 9 *instanti* (I) tout (2) | le *erg.* | L 10 alors (I) tous les corps cessent (2) on . . . aussi L

Le rapport general et exact de toutes choses entre elles, prouve que toutes les parties de la matiere sont pleines d'organisme. Car chaque partie de la matiere devant exprimer les autres et parmy les autres y ayant beaucoup d'organiques, il est manifeste qu'il faut qu'il y ait de l'organique dans ce qui represente l'organique.

J'ajoute même qu'il n'y a point de caos dans la nature, rien qui ne soit travaillé artistement jusqu'aux parties quelques petites qu'elles puissent estre. Il est vray que nous remarquons beaucoup de morceaux grossiers et sans art en apparence, mais ce qui est travaillé est trop petit pour paroistre, et cependant il est par tout. La sagesse de Dieu ne permet point qu'il y ait jamais un caos veritable, ce seroit un defaut de son art.

Il s'en suit qu'on ne sauroit point assigner des parties qui n'ayent rien d'organiques, parce qu'une telle partie exprimant les autres, qui sont organiques, auroit de l'organique aussi *contra Hypothesin*.

312.SPECIMEN INVENTORUM DE ADMIRANDIS NATURAE GENERALIS ARCANIS

[1688 (?)]

15

Überlieferung:

L Konzept: LH IV 6, 9 Bl. 1–4. 2 Bog. 2°. 7 $\frac{1}{3}$ Sp.

*E*¹ GERHARDT, *Philos. Schr.* 7, 1890, S. 309–318 (Teildruck).

*E*² G. H. R. PARKINSON, in: *Studia Leibnitiana*, 6, 1974, S. 18–27 (Teildruck mit engl. Übers. Ergänzung zu *E*¹, beginnend mit dem Absatz, in dem die Fußnote 4 steht).

20

Übersetzung: G. H. R. PARKINSON, *Philosophical Writings*, 1973, S. 75–86 (nach *E*¹).

In diesem Stück, das vom Titel her die naturphilosophischen Prinzipien und Gesetze zu erörtern beabsichtigt und dies in verschiedenen, von uns mit [A] bis [D] unterschiedenen Ansätzen versucht, widmet sich Leibniz einleitend und überwiegend (in Teil [A]) den metaphysischen Grundlagen seiner Philosophie. Die Reife der Darstellung und Terminologie, besonders bei der Erörterung der metaphysischen Prinzipien, sprechen für eine späte Entstehungszeit, auf keinen Fall vor 1686, die Nähe einiger Wendungen und Beispiele zum wohl in Italien verfaßten Stück N. 324 sogar für 1688 oder 1689. Aufgrund des allerdings nur selten belegten Wasserzeichens setzen wir diese Abhandlung in die Wiener Zeit.

7 mais (1) les parties (2) ce *L* 9 veritable, (1) c'est (2) ce *L*

Specimen inventorum de admirandis naturae Generalis arcanis

In omni veritate universali affirmativa praedicatum inest subjecto, expressequidem in veritatibus primitivis, sive identicis, quae solae sunt per se notae; implicite autem in caeteris omnibus, quod analysi terminorum ostenditur, substituendo sibi definita et
 5 definitiones.

Itaque duo sunt prima principia omnium ratiocinationum; Principium nempe contradictionis, quod scilicet omnis propositio identica vera, et contradictoria ejus falsa est; et principium reddendae rationis, quod scilicet omnis propositio vera quae per se nota non est, probationem recipit a priori, sive quod omnis veritatis reddi ratio potest, vel
 10 ut vulgo ajunt, quod nihil fit sine causa. Hoc principio non indiget Arithmetica et Geometria, sed indiget Physica et Mechanica, eoque usus est Archimedes.

Essentiale est discrimen inter Veritates necessarias sive aeternas, et veritates facti sive contingentes differuntque inter se propemodum ut numeri rationales et surdi. Nam veritates necessariae resolvi possunt in identicas, ut quantitates commensurabiles in
 15 communem mensuram, sed in veritatibus contingentibus, ut in numeris surdis, resolutio procedit in infinitum, nec unquam terminatur, itaque certitudo et perfecta ratio veritatum contingentium soli Deo nota est, qui infinitum uno intuitu complectitur. Atque hoc arcano cognito tollitur difficultas de absoluta omnium rerum necessitate; et apparet quid inter infallibile et necessarium intersit.¹

20 ¹ *Daneben auf Bl. 2 v^o*: Vera causa cur haec potius quam illa existant sumenda est a liberis divinae voluntatis decretis, quorum primarium est, velle omnia agere quam optime, ut sapientissimum decet. Itaque licet interdum perfectius excludatur ab imperfectiore, in summa tamen electus est ille modus creandi mundum, qui plus realitatis sive perfectionis involvit, et Deus agit instar summi Geometrae, qui optimas
 25 problematum constructiones praefert. Itaque omnia Entia quatenus involvuntur in

2 subjecto, (I) manifeste (2) expresse L 3 in (I) identicis (2) veritatibus L 3 notae; (I) per analysin vero sive terminorum, quae definitionum substitutione fit (2) im (3) implicite L 4 quod (I) re (2) analysi L 4 sibi (I) mutuo (2) definita L 7 omnis (I) identica sit vera, (2) propositio L 8 principium (I) rationis (2) praesuppo (3) praesuppositae (4) | reddendae erg. | L 8 scilicet (I) omnis veritatis ratio reddi (2) omnis L 8 vera (I) probationem rec (2) quae L 13 surdi. (I) Atque hoc arcano cognito tollitur difficultas de absoluta omnium necessitate (2) Nam L 14 ut (I) numer (2) quantitates L 15 , ut . . . surdis erg. L 16 et perfecta ratio erg. L 17 Deo (I) nota es (2) perspic (3) a (4) a priori (5) nota L 17 qui (I) infinitam (2) infinitas notio (3) infinitum L 17 uno (I) as (2) intuitu L 17–19 complectitur. | (I) Omnes (2) Veritates necessariae sunt hypotheticae (a) Ver (b) contingentes possunt esse (3) Atque . . . intersit. erg. | L 23 creandi mundum, erg. L 25 constructiones (I) eligit (2) | praefert erg. | L 25 omnia (I) possibilia s (2) Entia L 25–S. 1617.18 quatenus . . . Ente, erg. L

Definitio realis est, ex qua constat definitum esse possibile, nec implicare contradictionem. Nam de quo id non constat, de eo nulla ratiocinatio tuto institui potest, quoniam si contradictionem involvit, oppositum fortasse pari jure de eodem concludi potest. Atque hoc defuit demonstrationi Anselmi, a Cartesio renovatae, quod Ens perfectissimum, seu maximum, quia existentiam involvit, existere debeat. Assumitur enim sine probatione Ens perfectissimum non implicare contradictionem, eaque occasione a me agnitum est quae sit natura definitionis realis. Itaque definitiones causales, quae generationem rei continent, reales quoque sunt. Ideas quoque rerum non cogitamus nisi quatenus earum possibilitatem intuemur.

Ens necessarium, si modo possibile est, utique existit. Hoc est fastigium doctrinae modalis, et transitum facit ab essentiis ad existentias, a veritatibus hypotheticis ad absolutas, ab ideis ad mundum.

Si nullum esset Ens necessarium, nullum foret Ens contingens, ratio enim reddenda est cur contingentia potius existant quam non existant, quae nulla erit, nisi sit ens quod a se est, hoc est cujus existentiae ratio in ipsius essentia continetur; ita ut ratione extra ipsum opus non sit. Et licet in rationibus contingentium reddendis iretur in infinitum, oportet tamen extra ipsorum seriem (in qua sufficiens ratio non est) reperiri rationem

primo Ente, praeter nudam possibilitatem habent aliquam ad existendum propensionem, proportionem bonitatis suae existuntque volente Deo nisi sint incompatibilia perfectioribus, vel pluribus quod posterius fit si nimium voluminis habeant proportionem virtutis, ita ut plus spatii occupent, quam impleant, ut angulosa aut sinuosa. Exemplo res erit clarior. Hinc etiam determinata praeferuntur indeterminatis, in quibus ratio electionis nulla intelligi potest. Itaque si sapiens decreverit tria assignare puncta in aliquo spatio, nec ulla sit ratio pro una potius quam alia specie trianguli, eligetur aequilaterum in quo puncta tria similiter se habent. Et si tres globi aequales et simile sint collocandi inter se, nec alia praeterea detur conditio, collocabuntur ut se tangant.

4–9 Atque . . . intuemur *erg. L* 5 involvit, (1) utique (2) existere *L* 5 debeat. (1) Demonstrandum enim (2) Supponitur (3) | Assumitur *erg. | L* 6 sine probatione *erg. L* 6 contradictionem, (1) et hujus (2) eaque *L* 11 ab (1) existentis verum (2) essentiis *L* 14 cur (1) existent (2) contingentia *L* 16 f. infinitum, | ratio *erg. u. gestr.* | oportet *L* 17 seriem (1) (in qua ratio non est) (2) (in *L* 18 habent (1) in divina mente (2) aliquam *L* 19 proportionem (1) realitatis (2) bonitatis *L* 19 volente Deo *erg. L* 20 perfectioribus (1) . Exemplum dabo (2) , aut (3) | vel pluribus *erg.* | quod . . . si *L* 21 virtutis, (1) ita ut aliis locum ad (2) pluribus quam par est locum adimant, ut saxa irregularia et angulosa (3) ita *L* 22 sinuosa. (1) Exemplum dabo; (2) Exemplo . . . clarior *L* 25 quo (1) quodlibet punctorum simi (2) puncta *L*

totius seriei. Unde etiam sequitur Ens necessarium esse Unum numero, et Omnia virtute, cum sit ultima ratio rerum, quatenus realitates seu perfectiones continent. Et cum ratio rei plena sit aggregatum omnium requisitorum primitivorum (quae aliis requisitis non indigent) patet omnium causas resolvi in ipsa attributa Dei.

- 5 Si nulla esset substantia aeterna nullae forent aeternae veritates. Itaque hinc quoque probatur Deus; qui est radix possibilitatis, ejus enim mens est ipsa regio idearum sive veritatum. Valde autem erroneum est, veritates aeternas rerumque bonitatem a divina voluntate pendere, cum omnis voluntas judicium intellectus de bonitate supponat, nisi quis commutatis nominibus omne judicium ab intellectu ad voluntatem transferat, 10 quanquam ne tunc quidem dici possit, voluntatem esse causam veritatum; cum nec judicium sit. Ratio veritatum latet in rerum ideis, quae ipsi divinae essentiae involvuntur. Et quis dicere ausit, veritatem existentiae divinae a divina voluntate pendere.

- Unaquaeque substantia habet aliquid infiniti quatenus causam suam, Deum, involvit, nempe aliquod omniscientiae et omnipotentiae vestigium; nam in perfecta 15 notione cujusque substantiae individualis continentur omnia ejus praedicata tam necessaria quam contingentia, praeterita praesentia et futura; imo unaquaeque substantia, exprimit totum Universum secundum situm atque aspectum suum, quatenus caetera ad ipsum referuntur, et hinc necesse est quasdam perceptiones nostras etiamsi claras, tamen confusas esse, cum infinita involvant, ut coloris, caloris et similibus.² Itaque quod 20 Hippocrates de corpore Humano dixit, de ipso universo verum est, omnia conspirantia et sympathetica esse, seu nihil in una creatura fieri, cujus non effectus aliquis exacte respondens ad caeteras omnes perveniat. Neque ullae in rebus dantur denominationes absolute extrinsecae.

- ² *Am Rande*: Quin imo substantiae finitae multiplices nihil aliud sunt quam diversae 25 expressiones ejusdem Universi, secundum diversos respectus et proprias cuique limitationes. Quemadmodum una ichnographia infinita⟨s⟩ habet sce⟨nographias⟩

2–5 continent. | (I) Nihil aliud autem ratio | plena *erg.* | est, quam aggre (2) Et . . . | rei plena *erg.* | . . . primitivorum | (quae . . . indigent) *erg.* | . . . Dei. *erg.* | (a) Quicquid argutemur, (b) Si L 5 esset (I) Res aeterna, (2) substantia L 6–12 ejus . . . pendere. *erg.* L 8 voluntas (I) senten (2) judicium L 12 pendere. (I) Nullae (2) Unaquaeque L 13 substantia (I) in perfecta sua notione involvit (2) habet L 14 vestigium; (I) unaquaeque enim substa (2) nam L 15 individualis *erg.* L 15 ejus (I) attri (2) praedicata L 15 f. tam . . . contingentia *erg.* L 17 f. suum, (I) quatenus ad ipsum refertur (2) quatenus . . . referuntur L 21 f. aliquis (I) a caeteris (2) exacte respondens L 22 perveniat. (I) Itaque (a) abs (b) nullae dantur praedicationes absolute extrinsecae (2) Neque . . . rebus L 23 extrinsecae. (I) Hinc sequitur (a) Metaphy (b) in Metaphysico rigore omnes substantiarum operationes, actionesque et passiones esse spontaneas, neque ullum esse unius in aliam influxum realem; cum quicquid unicuique evenit ex ipsa ejus natura ac notione s (2) Tolluntur L 24 finitae *erg.* L 25 et (I) certas (2) proprias L

Tolluntur ex his difficultates de Praedestinatione, et de Causa Mali. Intelligi enim potest Deum non decernere, utrum Adamus peccare debeat, sed utrum illa series rerum cui inest Adamus, cujus perfecta notio individualis peccatum involvit, sit aliis nihilominus praeferenda. Vidit hoc etiam Hugo a S. Victore, qui quaerenti cur Deus Jacobum dilexerit, non Esavum, nihil aliud respondit quam quia Jacob non est Esau. 5 Nempe in notione perfecta substantiae individualis in puro possibilitatis statu a Deo consideratae, ante omne existendi decretum actuale, jam inest quicquid ei eventurum est si existat, imo tota series rerum, cujus partem facit. Itaque non quaeratur an Adamus sit peccaturus, sed an Adamus peccaturus ad existentiam sit admittendus. Nam hoc interest inter substantias universales et individuales, quod in harum notione et praedicata 10 contingentia involvuntur, neque enim dubium est quin Deus viderit quid Adamo eventurum esset, antequam eum creare decrevit atque ideo nihil hinc libertati officitur. Et notio Adami possibilis etiam decreta liberae voluntatis divinae humanaeque sumta ut possibilia, continet. Et unaquaeque series universi possibilis certis quibusdam decretis liberis primariis sibi propriis sub possibilitatis ratione sumtis innititur. Nam 15 quemadmodum nulla linea duci potest, utcunque temeraria manu, quae non Geometrica sit, certamque habeat naturam constantem omnibus suis punctis communem; ita nulla est series rerum possibilis, nullaue ratio creandi mundum fingi potest, tam perturbata, quae non suo quodam fixo et determinato ordine et progressionis legibus constet, licet ut lineae ita et series aliae plus aliis habeant et potentiae et simplicitatis, atque adeo et 20 perfectionis minoreque apparatu ampliora praestent. Ex his etiam apparet causam mali non esse a Deo, sed ab essentiali limitatione

2 utrum (I) Judas ille (2) | Adamus *erg.* | L 3 peccatum (I) involvit liberrimum | (2) (| liberrime licet ac *erg.* | sine omni necessitate) (3) contingenter *erg. u. gestr.* | (4) involvit L 4 praeferenda. (I) Hoc etiam aliqui vete (2) Vidit L 5 dilexerit, (I) Esavum odio habuerit (2) non Esavum L 6 notione (I) individuali (2) perfecta L 7 inest (I) an peccatura sit (2) quicquid L 8 si existat, *erg.* L 8 non (I) quaeratur an (2) decernitur (3) quaeramus (4) quaeratur L 9 peccaturus (I) existere (2) ad L 9 admittendus. (I) Non (2) Involvitur tamen peccatum in notione Adami possibilis (3) Quoniam autem monuimus etiam contingentia in substantiae individualis completa notione involvi, n (4) Nam (a) et con (b) in (c) hoc L 10 et (I) general (2) individuales, L 10 f. praedicata *erg.* L 11 f. involvuntur, (I) sine ulla necessitate. (2) neque enim (a) Deus est (b) dubium est, . . . decrevit L 13 f. divinae (I) etiam sumta ut possibilia (2) sub ratione (3) continet sub ratione possibilitatis (4) humanaeque . . . continet L 14 series (I) rerum (2) universi possibilis L 15 liberis (I) primi(tivis) innititur (2) primariis L 15 innititur (I) . Et quemadmodum nulla linea (2) ; ex quibus caetera consequuntur. (3) . Et quemadmodum (4) . Nam L 17 naturam (I) et leges, ita (2) constantem (a) ita (b) omnibus L 18 potest, (I) quae non certis quibusdam (2) tam L 19 et progressionis legibus *erg.* L 22 Deo, (I) sed ab essentiis rerum objectivis, (2) sed L

4 f. HUGO VON ST. VICTOR, *Quaestiones et decisiones in epistolas D. Pauli*, I, qu. 237 (PL 175, Sp. 490).

creaturarum, sive ab imperfectione originali ante omnem lapsum, quemadmodum alicui impetus corpori impressus minorem producit velocitatem, si major sit corporis moles sive inertia naturalis.

Ex notione Substantiae individualis, sequitur etiam in Metaphysico rigore, omnes
 5 substantiarum operationes, actiones passionesque esse spontaneas, exceptaque
 creaturarum a Deo dependentia, nullum intelligi posse influxum earum realem in se
 invicem, cum quicquid cuique evenit ex ejus natura ac notione profluat, etiamsi caetera
 alia abesse fingerentur, unaquaeque enim universum integre exprimit. Verum ea cujus
 expressio distinctior est agere, cujus confusior pati judicatur, nam et agere perfectionis
 10 est, pati imperfectionis. Eaque res censetur esse causa ex cujus statu ratio mutationum
 facillime redditur. Quemadmodum si unus ponat solidum in fluido motum varios excitare
 fluctus; alius intelligere potest eadem evenire, si solido in medio fluido quiescente certi
 motus aequivalentes (fluctibus variis) fluidi ponantur, imo infinitis modis eadem
 phaenomena explicari possunt. Et certe motus revera res respectiva est, illa tamen
 15 Hypothesis quae Motum solido tribuens hinc fluctus liquidi deducit, caeteris infinitis
 simplicior est, atque ideo solidum causa motus censetur. Et causae non a reali influxu,
 sed a reddenda ratione sumuntur.

Haec adeo vera sunt ut in physicis quoque re accurate inspecta appareat, nullum ab
 uno corpore impetum in aliud transferri; sed unumquodque a vi insita moveri, quae
 20 tantum alterius occasione sive respectu determinatur. Jam enim agnitum est a viris
 egregiis, causam impulsus corporis a corpore esse ipsum corporis Elastrum, quo ab alio
 resilit. Elastri autem causa est motus partium Elastici corporis intestinus, licet enim a
 fluido quodam generali derivetur, tamen partes fluidi permeantis dum transeunt, insunt.

1 creaturarum, (1) quae ante omnem lapsum peccato originali proportionem respondet, (2) sive L
 1 f. lapsum, (1) ut impetus alicui corpori impressus idem (2) quemadmodum alicui impetus (a) eidem corpori
 (b) duabus corpori (c) corpori L 6 dependentia | summa *gestr.* |, nullum L 6 posse (1) substantiarum
 influxum (2) influxum earum *erg.* | L 7 ejus (1) substantia et (2) natura L 8 alia (1) pro nullis
 haberentur (2) abesse L 8 universum (1) exprimit. (2) integre (a) licet (aa) alia (bb) una alia (cc)
 distinctius (b) exprimit. L 8 ea (1) ratio | ea *gestr.* | quae mutationem distinctius (2) cujus L 9 f. nam . .
 . imperfectionis *erg.* L 10 statu (1) reddi (2) potest si (3) ratio L 10 f. mutationum (1) facilius (2) |
 facillime *erg.* | L 12 fluctus; (1) fingi possunt varia (2) alias (a) fieri (b) ponere potest (3) intelligi potest
 ipso solido quiescente, (a) et certis motibus par (b) aliis (4) (ab) alio intelligi (5) alius intelligere L 12 in
 medio fluido *erg.* | quiescente *erg.* *streicht Hrsg.* | quiescente L 14 certe *erg.* L 20 alterius (1)
 occasione (2) intuitu (3) occasione sive respectu L 20 f. enim (1) satis constat (2) agnitum . . . egregiis L
 23 fluido (1) ambiente pe (2) quodam generali L 23 fluidi (1) ambientis (2) inclusae dum pertranseunt (3)
 permeantis L 23 transeunt, (1) inscu (2) insunt. L

Sed haec ut recte intelligantur, proprius cujusque corporis motus, qui ictum facit, discernendus est a communi; qui semper et ante ictum intelligi potest, et post ictum servatur, proprius autem, qui solus obstaculum alteri facit, effectum non habet in alterius corpore nisi per ipsius Elastrum.

Similiter ex nostra notione substantiae ipsa Unio Animae et Corporis plenam explicationem recipit. Nam alii crediderunt transire nescio quid ex anima in corpus, et vicissim, quae est Hypothesis influxus realis; aliis visum est Deum in anima cogitationes excitare respondententes motui corporis, et vicissim in corpore motus respondententes cogitationibus animae, unum occasione alterius, quae est Hypothesis causae occasionalis. Sed non est opus Deum ex machina evocare in re quae manifeste ex nostris principiis consequitur. Unaquaeque enim substantia singularis exprimens idem universum pro modulo suo, ex propriae naturae legibus, ita se habet, ut mutationes ejus et status perfecte aliarum substantiarum mutationibus et statibus respondeant, maxime autem Anima et Corpus inter se invicem, quarum unio intima in perfectissimo consensu consistit. Et nisi hoc demonstrationem haberet a priori, Hypotheseos maxime plausibilis locum tueretur. Quid ni enim ponere liceat, Deum ab initio tanto artificio creasse Animam et corpus, ut unoquoque suas leges proprietatesque atque operationes prosequente omnia pulcherrime conspirent inter se, quam ego Hypothesin concomitantiae appello, ut neque perpetua quadam peculiari operatione Dei opus sit in progressu, quae consensum efficiat, neque influxus aliquis realis adhibeatur, qui certe explicari non potest.³ Ex notione substantiae singularis, sequitur etiam substantiam generari aut

³ *Am Rande*: Ad temporis naturam intelligendam requiretur ut consideretur mutatio seu contradictoria praedicata de eodem, diverso respectu qui respectus est nihil aliud quam consideratio temporis.

Spatium et tempus non sunt Res, sed relationes reales. Nullus est locus absolutus, nec motus, quia nulla sunt principia determinandi subjectum motus.

2 communi; (1) itaque is (a) nisi (b) effectum non habet nisi per Elastrum (2) qui L 2 et erg. ante L 3 alterius erg. L 7 aliis | vicissim gestr. | visum L 9 animae (1) . Sed nihil hic opus est (a) in re (b) confugere in re ordinaria ad causam generalem, nec (2) , quae est Hypothesis causarum (3) , unum L 11 manifeste erg. L 11 principiis | necessario gestr. | consequitur L 11 f. singularis erg. L 12 suo, | autoremque ejus Deum gestr. | ex L 14 f. maxime . . . et (1) corpus | (2) membra corpor (3) Corpus erg. | . . . consistit erg. (a) Et (b) Itaq (c) Nec qui dubitatione (d) Et L 16 f. ab . . . artificio erg. L 17 corpus, (1) ut ex propri (2) ut (a) un (b) unoquoque L 18 operationes (1) ita prosequente, quasi alterum non (2) prosequente, omnia (a) consentiant (b) pulcherrime conspirent L 21 certe erg. L 21 potest. (1) Ex eadem notione substantiae consequitur, nec vacuum nec Atomos dari, sed sequitur et majus quiddam, nempe aut nullum dari subst (2) Ex (a) natura | (b) notione erg. | substantiae (aa) individuae (bb) singularis L 24 respectu (1) qui facit tempus (2) qui L

corrumpi non posse, nec nisi creando aut annihilando oriri vel destrui; unde immortalitas animae tam necessaria est, ut nisi miraculo interverti non possit. Sequitur etiam aut nullas esse substantias corporeas et corpora esse tantum phaenomena vera sive inter se consentientia, ut iris, imo ut somnium perfecte cohaerens; aut in omnibus substantiis
 5 corporeis inesse aliquid analogum Animae, quod veteres formam aut speciem appellarunt. Nam cum una substantia vel Unum Ens non sit, quod sola aggregatione constat, ut acervus lapidum; nec vero Entia intelligi possint, ubi nullum est vere unum Ens, sequitur aut Atomos dari (quod hoc ipso argumento Cordemoius voluit) ut initium aliquod unius Entis habeamus, aut potius quia pro demonstrato habendum est, omne
 10 corpus in alias partes actu subdivisum esse (ut mox dicetur pluribus), realitatem corporeae substantiae in individua quadam natura, hoc est non in mole, sed agendi patiendique potentia consistere.

Et vero quod paradoxum videri possit, sciendum est Extensionis non esse tam liquidam notionem quam vulgo creditur. Nam ex eo quod nullum corpus tam exiguum
 15 est, quin in partes diversis motibus incitatas actu sit divisum, sequitur nullam ulli corpori figuram determinatam assignari posse, neque exactam lineam rectam, aut circulum, aut aliam figuram assignabilem cujusquam corporis reperiri in natura rerum, tametsi in ipsa seriei infinitae deviatione regulae quaedam a natura serventur. Itaque figura involvit imaginarium aliquid, neque alio gladio secari possunt nodi quos nobis ex compositione
 20 continui male intellecta nectimus.

Idem dicendum est de Motu, nam uti Locus, ita et Motus in solo respectu consistunt, quod recte agnovit Cartesius, neque ulla datur ratio determinandi exacte quantum cuique subjecto absoluti motus sit assignandum. At vis motrix sive potentia agendi reale est

1 oriri (I) aut (2) | vel *erg.* | L 1 f. unde . . . possit. *erg.* L 2 etiam (I) neque vacuum neque atomos in (2) in corpore (3) aut L 3 substantias (I) corporales (2) corporeas (a) sed (b) | et *erg.* | L 3 f. vera, (I) ut iris; (2) sive . . . iris, (a) aut | (b) imo ut *erg.* | . . . cohaerens L 4 in (I) omni substantia (2) omnibus substantiis L 7 lapidum; (I) et tota (2) nec L 7 vere unum *erg.* L 9 potius *erg.* L 10 esse | (ut (I) infra (2) mox . . . pluribus) *erg.* | (a) unitatem (b) realitatem corporum in (aa) quod (bb) essentia (c) realitatem L 11 f. natura (I) constare, hoc est non in mole, sed agendi patiendique potentia (2) , hoc . . . consistere. L 14 quod (I) omne corpus (2) nullum L 15 in (I) plur (2) partes L 16 figuram | perfecte *gestr.* | determinatam L 17 assignabilem (I) dari (2) corpori alicui (a) assignari | (b) attribui *erg.* | posse (3) cujusquam . . . reperiri L 21 uti (I) nullum datur spatium (2) Locus, L 22 quod . . . Cartesius *erg.* L 22 datur (I) cer (2) | perfecta *gestr.* | ratio L 22 determinandi | in natura *gestr.* | exacte L 23 subjecto *erg.* L 23 assignandum. (I) At (2) Sed potentia agendi (3) At L

8 (quod . . . voluit): G. DE CORDEMOY, *De Corporis et Mentis distinctione*, Genf 1679 (franz. Original Paris 1666 u.ö.), pars prima.

quiddam, discernique in corporibus potest. Itaque essentia corporis non in extensione et ejus modificationibus, figura scilicet et motu (quae imaginarii aliquid involvunt non minus quam calor, et color, et aliae qualitates sensibiles), sed in sola vi agendi resistendique collocanda est, quam non imaginatione, sed intellectu percipimus. Incorporea etsi actio illis tribuatur, resistantiam tamen non habent. Substantia autem omnis agendi 5 patiendique vi continetur.

Porro nullas esse Atomos, sed omnem partem rursus habere partes actu a se divisas et diversis motibus incitatas, vel quod hinc sequitur, omne corpus utcunque exiguum habere partes actu infinitas; et in omni pulvisculo esse Mundum quendam innumerabilium creaturarum, cum multis aliis modis constat tum ex eo etiam sequitur, 10 quod omnis portio materiae totius universi motibus agitur, et ab omnibus aliis materiae partibus utcunque distantibus proportionem distantiae aliquid patitur, cumque omnis passio habeat effectum quendam, necesse est particulas massae hujus diversa ratione aliarum actionibus expositas diverse agitari, atque ideo subdividi massam.

Sed neque vacuum rationibus rerum consentaneum est, nam ut taceam spatium reale 15 nullum esse, certe vacuum repugnat perfectioni rerum, cum ergo necessarium non sit (quid enim prohibet in vacuo loco aliquod rursus poni corpus, et in residuo rursus aliquid, et sic in infinitum), utique locum non habet. Praeterea commercia corporum interrumpit, atque illam mutuam omnium cum omnibus luctam.

Sed superest dubitatio de Animabus sive formis (animae analogis), quas in 20 substantia corporea agnovimus. Nam ut de aliis substantiis corporeis non dicamus (in quibus videtur aliquis esse gradus perceptionis et appetitus), si in brutis saltem reperiuntur animae, sequetur ex nostris principiis etiam bruta immortalia esse. Et quidem quemadmodum statuere quidam, omnem generationem animalis esse transformationem tantum animalis ejusdem jam viventis, et velut accretionem, ut sensibile redderetur, ita 25 videtur pari ratione defendi posse, omnem mortem esse transformationem viventis in aliud minus

3 sola (1) potentia ag (2) vi L 4 resistendique (1) consistit (2) collocanda est L 4 non (1) sensibus sed intellectu perci (2) imaginatione L 4 f. Incorporea (1) autem (2) etsi L 5 tribuatur, (1) passionem tamen sive resistantiam (2) resistantiam tamen L 6 vi (1) definitur (2) continetur L 7 sed (1) omne corpus in infinitas actu partes <e> (2) omnem L 11 materiae (1) omnium aliar (2) totius L 13 est (1) portiones in c (2) particulas L 15 est, (1) ita enim dari posset corpus ab aliorum omnium contactu commercioque remotum (2) nam neque intelligi possunt dimensiones (3) potest locus (4) cum et commercia corporum interrumpat, et perfectioni rerum repug (5) repugnat enim perfectioni rerum, cum nulla sit ejus necessitas (6) nam cum nulla sit ejus necessitas (7) nam L 19 luctam. (1) Credibile est nullum animal (2) Sed L 21 f. Nam (1) extra hominem in brutis quoque (2) | (in . . . appetitus) erg. | si . . . saltem L 24 animalis erg. L 25 animalis ejusdem erg. L

animal, et velut diminutionem qua insensibile redditur. Et haec videtur fuisse expressa
sententia auctoris *libri de Diaeta*, qui Hippocrati ascribitur, nec abhorruere Albertus
Magnus et Joh. Baco, qui neque productionem neque destructionem naturalem formarum
admisere. Quodsi igitur viventia generationis pariter atque mortis expertia sunt, etiam
5 animae si quas habent perpetuae atque immortales erunt, et (quod omnium est
substantiarum) non nisi creatione aut annihilatione incipient aut finientur. Et pro
transmigratione animarum (male opinor intellecta) tenenda erit transformatio animalium.
Sed a caeterarum animarum sorte excipiendae sunt Mentis, quas et creari a Deo, et
solutas corpore peculiare habere operationes sapientiae divinae consentaneum est, ne
10 per innumerabiles materiae vicissitudines frustra jactentur. Est enim Deus ut causa
rerum, ita Rex Mentium, et cum ipse mens sit peculiarem cum illis societatem colit. Quin
imo cum Mens unaquaeque sit divinae imaginis expressio (nam dici potest caeteras
substantias magis universum exprimere, Mentis magis Deum) manifestum est Mentis
esse potissimam partem Universi, omniaque condita esse ipsarum causa, hoc est in
15 eligendo ordine rerum maximam ipsarum habitam esse rationem, ita institutis omnibus ut
tanto apparitura sint pulchriora, quanto magis intelligentur. Itaque pro certo habendum
est summam a Deo iustitiae habitam esse rationem, et quemadmodum perfectionem
rerum, ita mentium felicitatem quaesitam esse. Quare mirari non debemus Mentis a
brutorum animabus et in origine animalis quod hominem appellamus, et in extinctione
20 distingui, et licet omnes sint immortales, illis tamen solis reminiscentiam datam esse, in
quibus conscientia est, et praemiorum poenarumque intellectus.

Equidem in brutis esse animas, inclinor ut credam, vel ideo quia pertinet ad
perfectionem rerum, ut cum omnia adsint quae conveniunt animae, etiam anima adesse
intelligatur. Nam animae vel certe formae sese non impediunt, itaque multo adhuc minus
25 videtur dari vacuum formarum (etiam veteribus rejectum) quam corporum. Ne quis

3 qui (1) nullam admisere originem atque finem formarum (2) neque (a) initi (b) productionem L
4 igitur (1) nullum (2) ne (3) viventia neque (4) nulla est (5) vitae initium finisque non est, neque a (6) vita nec
incipit nec desinit (7) viventia L 5 si quas habent *erg.* L 5 f. et . . . finientur. *erg.* L 9 operationes
(1) iustitiae (2) sapientiae L 10 innumerabiles (1) corporum (2) materiae L 14 omniaque (1) ita
condita esse ut (a) intelligenti (b) intelligentibus tanto magis sint satisfactura (2) condita esse (a) aliquo mo (b)
ipsarum L 15 rationem, (1) omniaque ita esse creata, | (2) rebus (3) ita . . . omnibus *erg.* | L
17 rationem, (1) omniaque (2) et L 18 esse. (1) Itaque (2) | Quare *erg.* | L 18 f. Mentis (1) a caeteris
animabus (2) humanas a caeteris (3) a brutorum L 21 f. intellectus. (1) Utrum tamen in brutis sint animae,
pro certo affirmare non (a) omnino ausim (b) possum (2) Equidem . . . inclinor | tamen *gestr.* | ut L
24 f. minus (1) datur (2) videtur dari L 25 formarum (1) quam corporum. Nec (2) (etiam L

autem pari jure concludi posse putet, etiam mentes brutis inesse debere, sciendum est, neque ordinem rerum passurum fuisse, ut omnes animae vicissitudinibus materiae eximerentur, neque justitiam, ut aliquae mentes jactationi relinquerentur; itaque satis fuit brutis animas dari, praesertim cum nec corpora brutorum ad ratiocinandum sint facta sed variis functionibus destinata, ut bombyx ad texendum, apes ad mellificandum, alia aliis quibus universum distingueretur. 5

Porro ne quis queratur non satis claram esse animae notionem quatenus a mente distinguitur, et formae multo minus; sciendum est haec pendere a Notione Substantiae supra explicata, substantiae enim singularis natura est ut habeat notionem completam, cui omnia ejusdem subjecti praedicata involvantur; licet enim de notione circuli non sit, ut ligneus vel ferreus sit, est tamen de notione hujus circuli praesentis non tantum ut sit ferreus, sed etiam quicquid ipsi est eventurum. Cum vero omnia cum aliis mediate aut immediate commercium habeant, consequens est omnis substantiae hanc esse naturam, ut vi sua agendi aut patiendi, hoc est serie suarum operationum immanentium exprimat totum universum. Estque Ens vere unum, alioqui non erit substantia, sed substantiae plures. Atque hoc principium actionum, seu vis agendi primitiva, ex qua series statuum variorum consequitur, est substantiae forma. Patet etiam quid perceptio sit, quae omnibus formis competit, nempe expressio multorum in uno, quae longe differt ab expressione in speculo, vel in organo corporeo, quod vere unum non est. Quodsi perceptio sit distinctior, sensum facit. Sed in Mente praeter expressionem objectorum conscientia sive reflexio reperitur, in qua consistit expressio sive imago quaedam ipsius Dei, eaque res facit, ut solae Mentes sint felicitatis miseriaeque capaces. Verum licet formas aut animas statuamus, sine quibus generalia naturae recte intelligi non possunt, in ipsis tamen Phaenomenis corporum specialium explicandis, non magis utemur anima, aut forma, quam in functionibus humani corporis tradendis humana mente. Vel ideo quod ostendimus, talem 25

1 f. est, (I) justitiam divinam (2) neque L 2 vicissitudinibus (I) rerum (2) | materiae erg. | L
3 aliquae erg. L 4 dari, (I) hoc est (2) et organa substa (3) brutum esse ut per (4) quibus conscientia abest, (5) praesertim (a) cum et alia deberent esse corpora brutorum, ut mentis capacia essent. (b) cum L 5 variis | aliis gestr. | functionibus L 7 satis (I) distinctam (2) | claram erg. | L 9 singularis erg. L 9 ut (I) vi sua agendi | patiendive erg. | sive serie suarum (a) perceptio (b) operationum immanentium exprimat totum universum (2) habeat L 12 omnia | corpora gestr. | cum L 14 ut (I) via sua agendi (2) vi . . . patiendi L 15 universum (I) in uno Ente (2) in Ente vere uno (3) . Eadem est (4) . | Estque erg. | L 15 unum, (I) adeoque (2) alioqui erg. | non | una gestr. | erit L 16 f. ex . . . consequitur erg. L 18–20 in (I) uno (2) | vere gestr. | uno (a) . Distinctior expressio (b) quae . . . distinctior, L 20 Mente (I) ma (2) praeter expressionem | (a) universi (b) externorum (c) objectorum erg. | L 21 f. reperitur, (I) quae res facit, (2) in . . . facit L 23 statuamus, (I) has tamen non ma (2) sine L 24 anima, (I) quam (2) aut L


esse harmoniam rerum, ut omnia quae fiunt in anima ex solis legibus perceptionis explicari possint, quemadmodum omnia quae fiunt in corpore ex solis Legibus motus; et tamen omnia ita inter se consentiant, ac si anima corpus aut corpus animam movere posset.

- 5 Sed jam tempus est, ut paulatim ad tradendas Naturae Corporeae Leges progrediamur. Et primum omne corpus magnitudinem et figuram utcunque habet. Ut unum corpus non est in pluribus locis, ita nec plura in uno. Itaque eadem massa majus aut minus quam antea volumen non occupat, neque aliud est rarefactio et condensatio quam immissio, aut expressio fluidioris. Omne corpus mobile est, et recipit quemcunque
10 velocitatis aut tarditatis gradum, sed et quamcunque directionem. Omnes motus componi possunt inter se, lineaque erit, quam designabit Geometria, unde corpus quod fertur in linea curva directionem habet pergendi in recta tangente, nisi impediatur, quemadmodum facile demonstrari potest, quod primus observavit Keplerus. Praeterea omnis locus corpore plenus est, et omne corpus dividuum est et transfigurabile cum nulla ratio
15 Atomorum assignari possit. Atque haec quidem dudum constituta habentur.


- His adjicio, in omni corpore vim aliquam sive motum esse. Nullum corpus tam exiguum esse, quin rursus in partes diversis motibus incitatus sit actu divisum; et proinde in omni corpore actu inesse corpora numero infinita; omnem mutationem corporis cujuscunque effectum suum ad corpora utcunque distantia propagare, sive omnia corpora
20 in omnia agere, et ab omnibus pati. Omne corpus ab ambientibus coerceri ne partes ejus avolent, ac proinde corpora omnia inter se invicem colluctari, et unumquodque corpus resistere toti corporum universitati.

1 omnia (1) phae (2) quae L 1 solis (1) pri (2) legibus L 4 posset. (1) Itaque in sequentibus explicandis (a) null (b) quae (2) Int (3) Sed L 6–8 primum (1) | omne *erg.* | corpus corpori resistit, vel ut vulgo loquuntur corpora sibi invicem naturaliter impenetrabilia sunt. (a) Deinde (b) Eadem massa majus aut minus | quam antea *erg.* | Volumen non occupat (c) In Eadem massa etiam partes sibi resistunt | (2) omne corpus mobile est et quantamcunque tarditatem aut velocitatem recipit, idem est in partibus ejusdem massae, itaque (3) omne . . . occupat, *erg.* | L 8 f. est (1) condensatio quam (2) rarefactio . . . aut L 9 fluidioris. (1) Omne corpus mobile est. Atque haec quidem (2) Omne corpus utcunque transfigurabile est (3) Omne L
10 Omnes (1) conatus (2) motus L 13 Keplerus. (1) His jam add (2) Praeterea L 14 est | (ut supra ostendi) *erg. u. gestr.* | , et *erg.* | L 14 transfigurabile, (1) utcunque (2) cum L 14 f. ratio (1) individuitatis intelligi possit (2) cur massa (a) <tan> (b) quam vocant (c) una alia simili major (3) diversitatis in Atomis (4) individu (5) Atomorum L 16 esse. (1) Omne corpus actu in partes esse (2) Nullum L
17 partes (1) diversas (2) diversis L 18 actu *erg.* L 18 corpora (1) infinita (2) numero L
18 infinita; (1) Omne corpus ab alio (a) quocunque (b) utcunque (2) omnem L 21 colluctari (1) . Et quemadmodum (2) , et L 22 universitati. (1) Cum igitur omnia corpora (2) Firmitas corporis consistit in conspirante partium motu, (a) accedente (aa) pression (bb) coercitione ambientis (b) ab ambientibus coercito; (3) Omne L

Omne corpus habet aliquem firmitatis et fluiditatis gradum, fluiditatis quidem seu divisibilitatis per se, firmitatis vero ex corporum motu.




propellat partem AB,



BC.

An potius dicemus corpora cohaesionem habere per se, fluiditatem per accidens,



digrediantur a se invicem motu majore, itaque fluida debent varios ipsa motus habere,

Non potest firmitas explicari nisi ex consideratione systematis. Nam omne corpus est divisibile, seu per se alteri non cohaeret, et omne corpus conatum impressum recipit praeter suum, itaque non video, cur non pars una peculiarem impressionem recipiens ab alia recedat.⁴ Nisi forte consideremus omnem motum directum esse simul obliquum, et ita vicina turbare, ut si ipsius corporis ABC duae partes sint AB, BC, tendat autem corpus a B in F, et globulus aliquis H longe celeriori motu HG insequens

quaeritur an et propellat BC, ajo in quantum ictus HG compositus est ex ictu HL et LG, seu DE ex DM et ME, impelli etiam BC, et cum variae aliae innumerabilibus modis intelligi possint compositiones, multis modis impelli totum, parte impuls[a], etsi motus in se consideratus ut simplex nil videatur cum AC commune habere. Experiendum⁵ quid fiat in juxta se positis Elatere carentibus, politissima superficie se contingentibus, ut AB et BC. Videndum an et quantum solo AB impulso in HG impellatur et


⁴ Am Rande: non puto, quia revera corpus non fertur in latus

⁵ Am Rande: NB.

⁶ Am Rande: Ex motu quatenus conspirat oriri cohaesionem, duobus habemus experimentis gypsi fusi, quod bullas agit, et limaturae chalybis cui admovetur magnes quae abit in fila. Ut nil dicam de vitrificatione, at cur firmitas major post refrigerationem cessante motu, an quod facieculae consentientis redditae?

2 ex (1) eo quod ita conspirant inter se corporum motus (2) corporum L 4 f. seu . . . cohaeret erg. L
12 ictus erg. L 15 impulsu L ändert Hrsg. 22 quod (1) totum universum (2) omnes L 29 quatenus
conspirat erg. L

quia facile sejunguntur. Hoc tamen non opus in arena, sunt enim jam disjuncta corpora, quanquam omnia tenui aliquo gradu cohaereant. Exempli gratia arenula quaevis est systemation aliquod per se, ita et duo globuli aenei separatis itaque jam constant motibus, neque ideo nisi tenuissime cohaerent, nisi forte in contactu elastum unius




propellat alterum. Nihil nocebit tamen si intus ponatur, ut hoc modo: Circulum *ab* intus tangat globulus *c*. Percutiat *ab* in *d* non secum auferet *c*, quia recedit ab eo versus *b*: videtur hoc ob stare cohaesioni corporum naturali, quod facilius flectuntur quam

moventur, sed videtur tamen utrumque semper fieri simul, utrumque enim vi indiget.

- 10 Quicquid sit videtur inter prima Dei decreta circa corporum naturam referendum, ut omne corpus alteri cohaereat, nisi quatenus ab eo per peculiare motus separatur.

Instituamus et tale experimentum corpora *a* et *b* superficiebus *cd* se perfecte contingant, eam in rem perfecte erunt polita, et flatibus follium, *eb*, et *fa*, versus se invicem premantur, interim quiescente *b*, moveatur *a*, videndum an *b* secum impellat.

- 15 Considerandum et [experiendum], ubi videtur apparere corpora solida quibus nullum intercedit fluidum, difficulter a se separari. Verum video tantum id contingere cum magnus contactus, quando fluidum
 20 *se* facile insinuare nequit. Si velimus derivare cohaesionem a pressione ambientis ut in tabulis, haeremus in eo, quod tabularum prius firmitas stabilienda est.




Cohaesio est in corpore per se, quatenus omnia unum sunt continuum, fluiditas est a motu inexistente, quatenus enim partes jam diversis motibus incitantur, sunt separabiles. Universum considerari debet ut fluidum continuum sed partibus tenacitatis constans, ut ex aqua, oleo, pice liquida et similibus varie invicem diversis compositum. Nec
 25 quicquam tam fluidum est quin cohaesionem habeat partium, nec tam firmum respectu nostri, quin revera habeat gradum fluiditatis.

- Etsi nulla [res] sit summae fluiditatis, nec summae firmitatis in universo, fingi tamen potest ad res declarandas omnia constare ex globulis quantumvis parvis infinitae firmitatis, et ex fluido intercurrente moto, infinitae fluiditatis uti in Geometria fingimus
 30 lineas infinitas et infinite parvas.

Difficultas: quod omnia corpora libertatem nacta evolare conantur seu recedere per tangentes, non ergo retinentur nisi a resistentia ambientis. Quomodo ergo cohaesio ab

12 superficiebus (1) *c* et *d* (2) *cd* *L* 15 experiendum *L ändert Hrsg.* 20 est. (1) Tenacitas (2) | Cohaesio *erg.* | *L* 22 f. separabiles. (1) Corpus (2) Universum *L* 23 partibus | diversae *gestr.* | tenacitatis *L* 24 oleo, (1) vernicibus (2) pice *L* 25 tam (1) inquietem quin (2) firmum *L*




ipsorum motu intestino? An dicemus non omnino avolutura si nihil retineret, sed tantum se longius diffusura, et extensura (*außthenen*).

An nunquam separatur corpus a corpore, quin maneat connexio.

Une traisnée de fumée, tanto subtilior et inefficacior, quanto major distantia et diutior, aut quanto corpus minus agitatae habet partes. Omnium vestigia odoresque quasi ubi transeunt aliqui relinquuntur. 5

Ad explicandum corpora pressione cohaerere, prius firmitas in partibus statuenda. Ponatur enim motus vorticum in *ab* et in *lm* quos volumus non permittere transitum ex uno in aliud. Fingamus aliquid transire, licet plane incohaerens tamen, quia prius conspirant omnium motus ad instar unius solidi, vel saltem accedentis ei vorticis, ubi aliquid ingreditur, necesse est ea quae consentienter movebantur magis quam antea perturbari. Sed dici potest, quid tum? Omnia sunt ad omnes motus indifferentia. Si ergo 10




cohaesionem non habent, nil refert. Ergo naturae pugna contra perturbationem pendet a cohaesione naturali. Si fluidum perfecte habeat motas partes ad instar solidi, habebit aliquam tenacitatem, ita ut aliud ingredi non facile patitur quod omnes motus mutaret. Ob 15

causam generalem, quod natura non facile patitur magnas mutationes, nisi paulatim.

Eadem potentia servatur in natura rerum, seu causa et effectus sunt aequivalentes. Potentiam voco, quae agendo consumitur seu effectum producendo.

Eadem quantitas progressus seu directionis servatur in natura rerum, sed non eadem quantitas motus, sed interdum eadem summa, interdum eadem differentia. 20



Eadem manet semper quantitas ex aggregatis motuum successivis.

Aggregatum motuum est summa omnium motuum quae in corpore fuere inde a quiete, detractis illis quae in aliud corpus sunt translata.

Natura generalis semper scopum suum assequitur. 25

Omnis motus cuiusvis alteri componi potest.

Et quivis motus ex quibusvis aliis compositus intelligi potest.

Natura aequaliter tendit ad easdem partes seu regiones universi et tota natura aequaliter progreditur ad easdem parallelas. Hinc tota natura aequaliter progreditur et ad

4 et inefficacior *erg.* L 8 vorticum *erg.* L 9 transire, (I) | si est plane *versehentlich nicht gestr.* | incohaerens (2) licet L 15 solidi, (I) solidum erit (2) habebit L 17 patitur (I) magnos motus seu (2) magnas L 21 differentia. (I) Eadem quantitas conatuum servatur in natura rerum. (2) Aggregatum conatuum (3) aggregatum motuum praesentium et (4) Eadem L 22 f. successivis *erg.* L 24 f. translata. (I) Generaliter (2) eadem (3) natura (a) semper (b) generalis L 27 potest. (I) Aequali semper vi natura corp (2) Natura L

parallelas contrarias, et tota natura aequaliter progreditur in recta quacunque et parallelis, seu in quamcumvis regionem. Imo amplius conatus totius naturae versus punctum in mundo assumtum semper idem est. Et semper aequalis est conatus ad centrum et a centro.

- 5 Cohaesionis principium est motus conspirans, fluiditatis varius. Etiam in perturbationibus specialibus est conspiratio generalis in certas systematis universi Leges. In omni systemate est conspiratio quaedam motibus variis partium salvis. Omnis perturbatio perpetua est ut oscillationes, sed nunc dividitur in plura, nunc ex pluribus in unum recolligitur, et in hoc consistit vicissitudo rerum. Principium cohaesionis facit, ut
10 natura perturbationibus repugnet. Necesse est enim in perturbatione, ut quae ante simul mota erant, postea superveniente perturbante multipliciter a se divortium faciant.

Omnes restitutiones ejusdem perturbationis sunt aequidiuturnae.

Omnis massa universi aliquam habet cohaesionem.

- Totum universum est unum fluidum continuum, cujus partes diversos habent
15 tenacitatis gradus, ut si quis liquor ex aqua, oleo, pice liquida, et similibus varie agitatis constaret.

Omne corpus dum movetur circa se vorticem excitat subtilium partium ambientis, ut locus ante ipsum evacuetur, post ipsum repleatur. Sed antea jam habet proprium systema.

- Nullus datur transitus per saltum ad quietem nec quicquam a motu transit ad
20 quietem vel contrarium motum, nisi per omnes intermedios gradus. Et quemadmodum nec motus a loco in locum, ita nec mutatio a gradu in gradum, fit in instanti.

Rigore loquendo nulla transfertur vis a corpore in corpus, sed omne corpus insita vi movetur.

- Motus et quies sunt aliquid respectivum et absolute assignari in natura non possunt,
25 sed vires, sive causae mutationum.

In omni ictu corporum aequalis utrinque actio et passio est.

Omnis effectus propagatur in indefinitum, tempore pariter et loco; sed imminutus.

- Cohaesio corporum nostrorum quae systemata non sunt sed structurae, explicari potest pressione ambientis ad instar Tabularum politarum. Sed ipsius structurae firmitas,
30 sumenda est a systemationum collocatione conspirante, qualis est in magnetibus, et in fixis. Systemata ipsa a motu conspirante.

5 varius. (1) Omnia corpora conspirant inter se, (a) nisi (b) quatenus (2) Etiam L 8 sed (1) tamen (2) nunc L 9 rerum. (1) Quod est (2) Principium L 13 habet (1) connexionem (2) cohaesionem L 17 f. ut (1) locus ante (2) quod ante ipsum expellitur, post ipsum (3) locus L 18 Sed . . . systema erg. L 19 saltum (1) a motu ad quietem, vel a magna (2) ad L 23 movetur. (1) Revera omne corpus cum aliquo quocunque motum habere intelligendum est. (2) Motus L 27 in (1) infinitum (2) indefinitum L 28 structurae, (1) petenda sunt ex (2) explicari L

313. DE PROPOSITIONIBUS EXISTENTIALIBUS

[September bis Dezember 1688 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH IV 7B, 2 Bl. 70–71. 1 Bog. 8°. 4 S.*E* COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 270–273.

5

Die Datierung stützt sich auf das Wasserzeichen. Inhaltliche Merkmale bestätigen dies. Die charakteristische Verwendung von Symbolen (∞ für die logische Koinzidenz, $\oplus$ für die logische Addition) läßt eine Entstehungszeit nach den *Generales Inquisitiones* (N. 165) von 1686 und wohl auch nach den Plus-Minus-Kalkülen von 1686/87 (N. 173 bis 175 und N. 177 bis 181) vermuten. Das hier im Zusammenhang mit der Konzeptualisierung von Sätzen mit Hilfe des Ausdrucks *est Ens* in Frage gestellte Gesetz der Idempotenz führt die logische Problematik über die *Generales Inquisitiones* hinaus, in denen diese Konzeptualisierung noch nicht problematisiert wurde. 10

Si consideremus universalialia ut aggregata individuorum disjunctiva, poterunt hac quoque ratione propositiones probari.

Omnis homo est animal $H + X \infty A$, hoc est individua hominum sunt pars 15
individuorum animalium.

Quidam homo est animal $YH + X \infty A$. *Nullus homo est lapis* $YH + X \infty \text{non } L$;
quotcunque scilicet individua addantur et quaecunque ad *YH* seu quendam hominem,
semper fiet non Lapis.

Sed quomodo exprimemus: *quidam homo non est lapis*? $H + \tilde{X} \infty \text{non } L$. 20

Videndum quomodo *X* et $\tilde{X}$ differant, scilicet ut *aliquod* et *quodcunque*, sed id
contingit per accidens, et relinqui potest *X* simpliciter. Haec melius examinanda.

Praestat expressio propositionum per universalialia seu notiones, licet haec methodus
etiam procedat de individuis quae poni possunt.

Videamus an modus efferendi propositiones Logicas per Terminos accedente 25
tantum Ente et non Ente, procedat etiam in propositionibus Existentialibus.

Subjectum determinat de quibus individuis sit sermo, nempe non de aliis quam
subjecti. Item subjectum est a quo incipit cogitatio.

Verbi gratia: *Quidam pius est pauper*, seu *pius pauper est Existens*. *Nullus justus est*
derelictus, seu *justus derelictus est non existens*. *Omnis pius tribulatur*. Seu *pius non* 30

22 f. examinanda. (1) In propositionibus Existentialibus (2) Praestat *L* 25 an (1) propositiones de
Ente et non Ente (2) modus *L* 27 f. Subjectum . . . cogitatio. erg. *L* 29 seu | *quidam gestr.* | *pius L*
29 *Existens*. (1) *Justus derelictus est non existens*. (2) *Nullus L*

tribulatus est non existens. Denique quidam pius non est pauper, seu pius non pauper est existens. Videndum an posset etiam existens transferri in terminum, ut maneat Ens vel non Ens. Ut pius pauper est existens, dabit: pius pauper existens est Ens seu possibile.

Sic justus derelictus existens est non Ens, seu impossibile, scilicet impossibilitate
 5 *Hypothetica, posita scilicet jam existentia seu serie rerum.*

Pius existens non tribulatus est non ens, seu impossibile, seu pius existens tribulatus est Ens necessarium.

Pius existens non pauper est Ens seu possibile.

Sed inquires ita introducetur necessitas, exempli gratia: *Omnis homo peccat, sumta*
 10 *propositione pro existentiali: Homo non peccans est non existens. Seu homo existens non peccans est non Ens sive impossibile. Id est postremo Homo existens peccans est Ens necessarium. Sed intellige necessitate consequentis, scilicet posita semel hac rerum serie et hoc semper notat tō existens adjectum, facit enim propositionem existentialem, quae involvit [actuaalem] rerum statum. Hac igitur formula ego designo necessitatem*
 15 *consequentis, et ita universalem servo in enuntiationibus tractandis; nam et contingentes ex hypothesi existentiae rerum sunt necessariae. Quemadmodum impossibile est adimi Codro pecuniam, posito Codrum nullam habere. Itaque apud me propositionem necessariam et contingentem ita distinguo. Circulus isoperimetricorum maximus est Ens necessarium. Homo peccator non est Ens necessarium, neque enim ulla reperiri potest*
 20 *demonstratio hujus propositionis omnis homo peccat, et ratio cur revera contingat omnem hominem (intelligo nunc visibiliter in terris degentem) peccare, pendet ex infinita quadam analysi, quam solus Deus intelligit; ita ut contingens essentialiter differat a necessario ut surdus numerus a rationali. Utrumque tamen aequae certum seu Deo a priori seu per causas cognitum est. Utrumque vi terminorum verum est seu praedicatum*
 25 *utrobique inest subjecto; tam in necessariis quam contingentibus. Sed nulla resolutione eo pervenitur ut alterum in alterum abeat,¹ seu ut quaedam quasi commensurabilitas obtineatur.*

¹ *Am Rande:* In seriebus infinitis Mathematicis fieri possunt demonstrationes etiam serie non percurta, sed hoc in serie contingentium, circa veritates contingentes fieri non
 30 *potest adeoque solius est Dei.*

3 est (1) possibile (2) Ens L 11 est (1) impossibile, seu homo (2) non Ens L 14 actuaalem
 versehentlich gestr. L 21 hominem (1) (excipio paucos casus (2) intelligo L 24 priori (1) cogni (2)
 seu L 25 Sed (1) nunquam (2) nulla L 25 f. resolutione (1) alterum (2) pervenitur ad com (3) eo L

Verum cum dico *Homo peccator existens necessarium*, quid intelligo; tunc τὸ *existens* addit aliquid nempe Hominem peccatorem intelligi qualis in mundo nunc reperitur, qui cum ex hypothesis sit peccator, utique homo peccator est necessarius.

Ista enuntiatio: *Homo peccator est peccator*, quae est identica, bene quidem enuntiari potest per τὸ *impossibile* et contradictionem, sed non aequè commode per τὸ *necessarium*. Nam priore modo fit: *Homo peccator non-peccator est non-Ens*. Sed si dicas *Homo peccator peccator est Ens necessarium* oportet prius duplicationem distinguere nempe *Homo peccator peccator est Ens necessarium*; alioqui putet aliquis pro *Homo peccator peccator est Ens necessarium* posse scribi: *Homo peccator est Ens necessarium*. 10

Sic *Omne animal est animal* fiet *Animal Animal est ens necessarium*, non tamen hinc sequitur *Animal* esse *Ens necessarium*. Ex his videtur non posse semper pro pluribus terminis aequivalentibus sibi appositis unum poni.² Imo non dicendum *animal animal est Ens necessarium*. sed: *non animal non animal*.

Est de individuís enuntiatum, significare solet *existit*, ut *Petrus est vivens*. Possunt 15 tamen aliqua enuntiari de individuís quae nec sunt nec erunt nec fuerunt, ut *Argenis polyarchi est rationalis*; vel *Archombrotus homo est animal*. In veris individuís existentibus omnes propositiones etiam essentiales sunt simul existenciales.³

² NB.

³ *Am Rande*: Archombrotus

1 *existens* | *est* *gestr.* | *necessarium* L
homo L 13 f. Imo . . . *animal. erg.* L

3 sit (I) necessarius, | (2) peccator *erg.* |, utique (a) eum (b)

314.DE RATIONE CUR HAEC EXISTANT POTIUS QUAM ALIA

[März bis August 1689 (?)]

Überlieferung: L Konzept: LH IV 1, 14c Bl. 6. 1 Bl. 4°. 1 S.

- Bei unserem und den folgenden neun Stücken handelt es sich um eine Reihe kleinerer Notizen und
- 5 Aufzeichnungen, die sich Leibniz während seines Italienaufenthalts gemacht haben könnte. Lediglich für unser Stück besitzen wir einen äußeren Datierungshinweis. Der Beleg des Wasserzeichens ist für die Italienzeit von März bis August 1689 erschlossen. Ansonsten sind wir auf inhaltliche Kriterien angewiesen. Die Notiz über das Existenzstreben und Gott (der *fons existentium*) als Gründe des Existierens nur einiger Dinge in unserem Stück, die Bemerkung über das *fastigium doctrinae modalis*, d.h. den Schluß von der Möglichkeit auf die
- 10 Existenz Gottes (N. 315), der Hinweis auf das *labyrinthum continui* anlässlich der Feststellung der Phänomenalität bloß ausgedehnter Körper (N. 316), die Behauptung der Relationalität der Bewegung und Ablehnung des *influxus physicus* (N. 317), die Bemerkung über die Freiheit der von körperlichen
- Einwirkungen unabhängigen *mens* (N. 318), der Hinweis auf Abhängigkeit der Freiheit vom richtigen Denken (N. 319) und die Auseinandersetzung mit der Malebrancheschen These von den occasionellen Ursachen (N.
- 15 320) sind Bemerkungen, die Leibniz zumindest seit dem *Discours de métaphysique* (N. 306) von Anfang 1686 hätte niederschreiben können. Die Nähe der Gedanken und besonders mancher Formulierungen zu den in Italien entworfenen Abhandlungen zur Metaphysik und zur Freiheitsproblematik (vgl. N. 324 bis 327 und N. 329) gibt jedoch Anlaß zu der Vermutung, daß sie allesamt in Italien verfaßt worden sind. Das gilt vielleicht auch noch in bezug auf die Bemerkung über die Relationalität von Raum und Zeit als Ordnungsschemata (N.
- 20 321), die Notiz über die kontinuierliche Vervollkommnung der Welt (N. 322) und den Hinweis auf das Weiterbestehen der Seele nach Aufhören der distinkten Perzeptionen (N. 323). Aufgrund der besonderen Problemstellung und spät wirkenden Diktion dieser drei Stücke könnten sie allerdings auch noch später, d.h. nach 1690 oder sogar nach 1700 entstanden sein.

- Quae ratio facit ut haec existant potius quam alia, facit etiam ut potius aliquid
- 25 existat quam nihil: Nam si ratio reddatur cur haec existant, reddita etiam erit cur aliqua existant. Haec ratio est in praevalentia rationum ad existendum, prae rationibus ad non existendum seu ut verbo dicam in Existiturientia Essentiarum, ita ut existitura sint quae non impediuntur. Neque enim si nihil existituri ret ratio esset existendi. Jam porro ratio reddi non potest, cur unum possibile pro alio sit existituriens. Posita vero existiturientia
- 30 omnium, sequitur existentia quorundam, cum enim omnia coexistere non possint, sequitur existentia eorum per quae plurima coexistunt. Veluti si *a* et *b*, itemque *c*, essent paria, et *a*

24 Quae (I) ca (2) ratio L 24 existant (I) , facit etia (2) , non alia (3) potius L 27 Essentiarum, (I) nam nisi esset in existentiis (2) ita L 28 nihil (I) existuri ret (2) | existituri ret erg. | L 29 alio (I) existuri (2) sit L 29 Posita (I) tamen (2) | vero erg. | L 31 f. si | *a* . . . paria, et erg. | L

esset incompatible cum *b* et cum *c*; sed *b* incompatible cum *a* et compatibile cum *c*; et similiter *c* incompatible cum *a*, compatibile cum *b*, sequeretur non existere omnia tria simul *a*, *b*, *c*; neque unum tantum *a*, vel *b*, vel *c*, sed bina et ex binionibus non *ab*, neque *ac*, sed sola *bc*. Hinc patet omne possibile tendere ad existendum ex se, sed per accidens impediri, nec esse alias rationes non existendi, nisi ex ipsis existendi rationibus 5 conjunctis natas.

Caeterum existiturationis essentialium oportet esse radicem existentem, a parte rei; alioqui nihil prorsus erit in Essentialibus nisi animi figmentum, et cum ex nihilo nil sequatur erit perpetuum et necessarium Nihil. Haec autem radix non potest alia esse quam Ens 10 necessarium, fundus essentialium, fons Existentialium, id est Deus, agens perfectissime, quia omnia in ipso et ex ipso; adeoque voluntarie, sed tamen ad id quod optimum est determinate; eligit ergo id ipsum quod postulat major perfectio in concursu [existituriens], qui ipse concursus per hoc ipsum, quod talis primae causae sapientia et potentia est, ut locum det vimque praestet summae rationi, realis est et effectum habet. Neque enim nisi in Deo et per Deum Essentialiae sibi viam faciunt ad existendum, ita ut in 15 Deo sit realitas essentialium, seu aeternarum veritatum, et productio existentialium, seu contingentium veritatum.

3 neque (1) singula (2) *a* vel (3) unum *L* 4–6 Hinc (1) ratio (2) patet (*a*) per se (*b*) omne . . . natas. *erg. L* 7 existentem, (1) ex nihilo en (2) ali (3) sine qua (4) *a L* 8 erit (1) reali (2) in (*a*) exis (*b*) Essentialibus *L* 8 f. et . . . Nihil *erg. L* 9 radix *erg. L* 9 potest (1) esse nisi (2) alia esse quam *L* 11 sed (1) ita (2) tamen (*a*) per (*b*) ad *L* 12 f. postulat (1) praelatio exi (2) concursus (3) | major . . . concursu *erg. existenturiens ändert Hrsg. | L* 13 ipse (1) hoc ipso quod (2) | concursus *erg. | per L* 13 talis (1) De (2) supremae (3) | primae *erg. | L* 14 ut . . . rationi, *erg. L* 15 enim (1) per se nisi (2) nisi *L* 16 realitas (1) existen (2) essentialium, | seu aeternarum veritatum *erg. | L*

315.SI POSSIBILE EST ENS NECESSARIUM, SEQUITUR QUOD EXISTAT

[März 1689 bis März 1690 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH IV 6, 9 Bl. 6. 1 Zettel (6,5 × 11 cm). 1 S.

Zur Datierung vgl. N. 314.

- 5 Haec propositio: *Si possibile est Ens necessarium, sequitur quod existat* est fastigium doctrinae modalis, et primum facit transitum a posse ad esse, seu ab essentiis rerum ad existentias. Et quia necessarius est talis transitus, alioqui nihil existeret, vel hinc sequitur Ens necessarium esse possibile, adeoque existere. Et sane nisi esset ens necessarium nulla reddi posset ratio existentiae rerum, nec causa esset cur
10 aliquid existeret. Seu ut brevius dicam Necesse est aliquid existere, atque ideo datur Ens necessarium. Videndum an haec consequentia sufficiat. Videtur enim hinc saltem sequi Entia quaedam alternative necessaria esse. Verum alternativa necessitas debet fundari in aliqua necessitate absoluta.

316.CORPUS EST MODUS TANTUM ENTIS

15 [März 1689 bis März 1690 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH IV 1, 14b Bl. 1. 1 Bl. 8°. 1 ½ S.

E FOUCHER DE CAREIL, *Nouvelles lettres et opusc.*, 1857, S. 171 f.

Zur Datierung vgl. N. 314.

6 est . . . et *erg.* *L* 7 transitus, (1) utique (2) alioqui *L*

Corpus non est Substantia
sed modus tantum Entis sive apparentia cohaerens

Intelligo autem per corpus non id quod Scholastici ex materia et forma quadam intelligibili componunt sed quod molem alias Democritici vocant. Hoc ajo non esse substantiam. Demonstrabo enim si molem consideramus ut substantiam incidere nos in
 5 implicantia contradictionem, ex ipso continui labyrintho: ubi illud inprimis considerandum est, primum Atomos esse non posse, nam cum divina sapientia pugnant. Deinde corpora reipsa divisa esse in partes infinitas, nec tamen in puncta, ideoque non posse ullo modo assignari corpus unum sed materiae portionem quamlibet esse ens per
 10 accidens, imo et in perpetuo fluxu: Si vero hoc tantum dicamus: corpora esse apparentias cohaerentes, cessat omnis inquisitio de infinite parvis, quae percipi non possunt. Sed et hic locum habet, Herculeum illud argumentum, meum, quod ea omnia quae sintne an non sint a nemine percipi potest, nihil sunt. Jam ea est corporum natura, nam si Deus ipse vellet creare substantias corporeas quales fingunt homines, nihil ageret, neque ipse percipere posset, se aliquid egisse, quoniam nihil denique quam apparentiae percipiuntur.
 15 Signum veritatis itaque cohaerentia est, causa autem est voluntas Dei, formalis ratio est quod Deus percipit aliquid optimum esse seu harmonicōtatōn, sive quod aliquid Deo placet. Itaque ipsa ut ita dicam voluptas divina est rerum existentia.

3 Scholastici (1) quod ex (a) re (b) materia et forma compositum est, sed quod Democritici, nempe extensum (2) ex L 5 si (1) corp (2) molem L 9 sed (1) corp (2) materiae L 10 fluxu: (1) Cohaeren (2) Nullam (3) Si vero (a) p (b) hoc L

317.MOTUM NON ESSE ABSOLUTUM QUIDDAM

[März 1689 bis März 1690 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH XXXV 12, 2 Bl. 22. 1 Zettel (6 × 10 cm). 2 S. Auf der Rückseite Rest einer geometrischen Figur.

Übersetzung: ARIEW-GARBER, 1989, S. 245–250.

Zur Datierung vgl. N. 314.

Motum non esse absolutum quiddam, sed relativum Aristoteles et Cartesius consentiunt, ille dum locum definivit a superficie ambientis, hic dum motum a mutatione
 10 vicinitatis. Spatium absolutum non magis res est quam tempus, etsi imaginationi blandiatur; imo demonstrari potest talia non esse res, sed tantum relationes mentis omnia ad hypotheses intelligibiles, hoc est motus uniformes et loca immota revocare conantis; atque inde deductas aestimationes.

Porro nec influxus substantiae in substantiam ullus est in Metaphysico rigore,
 15 (praeterquam quod in dependentia creaturarum, quae continua productio est) nec revera a corpore in corpus ullus transfertur impetus sed ut phaenomena quoque confirmant, omne corpus vi proprii Elastri ab alio recedit quod est a motu partium ipsi inexistentium. Et vero unaquaeque substantia est vis quaedam agendi, seu conatus mutandi sese respectu caeterorum omnium secundum certas suae naturae leges. Unde quaelibet substantia
 20 totum exprimit universum, secundum aspectum suum. Et in phaenomenis motuum res egregie apparet, unumquodque enim corpus ibi supponi debet habere motum communem cum altero quovis, quasi in eadem navi et proprium praeterea moli reciprocum; quale quid fingi non posset, si motus essent absoluti, nec corpus unumquodque omnia alia exprimeret.

14 nec (I) Actio substantiae in substantiam ulla (2) influxus . . . ullus *L* 14 f. rigore, (I) nec explic
 (2) praeter *L* 15 quod (I) creaturae dependent (2) in *L* 18 vero (I) vis omnis (2) unaquaeque *L*
 19 suae naturae erg. *L* 19 Unde (I) unaquaeque (2) quaelibet *L* 21 enim erg. *L* 22 quasi . . . navi
 erg. *L* 22 praeterea erg. (I) velocitat (2) moli *L* 23 absoluti, (I) et si (2) nec *L* 23 corpus (I)
 quodque (2) unumquodque *L*

9 f. Vgl. ARISTOTELES, *Physica*, IV, 4, 211 a 12–b 2 u. 212 a 5–21; R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, II, 25.

318.MENTES IPSAE PER SE DISSIMILES SUNT INTER SE

[März 1689 bis März 1690 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH I 6, 2 Bl. 15. 1 Zettel (18,5 × 5 cm). 1 S.*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 327.

5

Weiterer Druck: HOLZ, *Kleine Schriften*, 1965, S. 188 f. (mit Übers.).

Zur Datierung vgl. N. 314.

Contra Libertatem nostram objicitur rationem volendi esse ab externis, nempe a corporis temperamento, et objecti impressione.

Respondeo: concurrere et dispositiones internas ipsius mentis.

10

Instabis: dispositiones mentis praesentis, esse ab impressionibus praeteritis corporis et externorum praeteritis.

Respondeo, concedendo de quibusdam, negando de omnibus, sunt enim quaedam in mente dispositiones primitivae quae non sunt ab externo. Itaque dicendum est Mentes ipsas per se, ex natura sua primitiva dissimiles esse inter se, contra quam vulgo putatur. 15 Cujus rei etiam aliunde certa argumenta habeo in promptu. Ut una mens alia perfectior sit fortiorque ad resistendum externis. Radix libertatis est in dispositionibus primitivis.

Instabis: queri te posse, cur Deus tibi non plus virium dederit.

Respondeo: si hoc fecisset, tu non esses, nam non te, sed aliam creaturam produxisset.

20

8 rationem (1) agendi (2) action (3) vol (4) volendi esse (a) a (aa) temperando (bb) temperamento (aaa) et (bbb) | seu str. Hrsg. | (b) ab *L* 11 ab (1) < - > (2) impressionibus | praeteritis erg. | *L* 13 Respondeo, (1) neg (2) concedendo *L* 16 Ut (1) alia (2) | una erg. | *L* 17 f. primitivis. (1) Quaeres (2) Instabis: *L*

319.BIEN RAISONNER EST EN NOSTRE POUVOIR

[März 1689 bis März 1690 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH I 6, 2 Bl. 14. 1 Zettel (16 × 4,5 cm). 5 Zeilen.5 *E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 327.

Zur Datierung vgl. N. 314.

Nous sommes libres, entant que nous raisonnons juste; et esclaves autant que nous sommes maistrisés par les passions qui viennent des impressions interieures.

Mais bien raisonner (dites vous) ne depend pas de nous.

10 Je reponds, qu'il est en nostre pouvoir, puisque nous avons une methode infallible pour raisonner juste, pourveu, que nous veulions nous en servir. Il ne faut que vouloir.

320.DE SYSTEMATE CAUSARUM OCCASIONALIUM

[März 1689 bis März 1690 (?)]

Überlieferung:15 *L* Konzept: LH IV 6, 9 Bl. 5. 1 Zettel (5 × 8,5 cm). 33 Zeilen.*E* GERHARDT, *Philos. Schr.* 7, 1890, S. 313 f. (als Fußnote).Weiterer Druck: ROBINET, *Malebranche et Leibniz*, 1955, S. 315.

Zur Datierung vgl. N. 314.

Systema causarum occasionalium partim admitti, partim rejici debet. Unaquaeque
 20 substantia est causa vera et realis suarum actionum immanentium, et vim habet agendi, ac licet divino concursu sustentetur, fieri tamen non potest, ut tantum passive se habeat, idque verum est tam in substantiis corporalibus quam incorporeis. Sed rursus

9 Mais (*I*) vous n (*2*) raisonner (*3*) bien *L* 11 nous (*I*) voulions (*2*) veulions *L* 22 in (*I*) corp
 (2) substantiis *L*

unaquaeque substantia (Deo solo excepto) non est nisi causa occasionalis suarum Actionum transeuntium in aliam substantiam. Vera igitur Ratio unionis inter animam et corpus, et causa cur unum corpus sese accomodet ad statum alterius corporis non alia est, quam quod diversae substantiae ejusdem systematis mundani ab initio ita creatae sunt, ut ex propriae naturae Legibus conspirent inter se.

5

321. DE TEMPORE LOCOQUE, DURATIONE AC SPATIO

[März 1689 bis März 1690 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH IV 8 Bl. 91. 1 Zettel (10 × 11,5 cm). 1 S.

E BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 121 f.

10

Zur Datierung vgl. N. 314.

Tempus et Locus, seu duratio et spatium sunt Relationes reales, seu existendi ordines. Earum fundamentum in re est Divina magnitudo, aeternitas scilicet et immensitas. Nam si spatio seu magnitudini addatur appetitus vel quod eodem redit conatus, adeoque et Actio, jam aliquid substantiale introducitur, quod non in alio est quam in Deo, seu Uno primario. Spatium scilicet reale per se aliquid Unum est indivisibile, immutabile; nec tantum continet existentias sed et possibilitates, cum per se demto appetitu sit indifferens ad diversos secandi modos. Appetitus vero spatio accedit, facit substantias existentes atque adeo materiam seu aggregatum infinitarum Unitatum.

2 substantiam. (1) Causa autem unionis inter (2) Vera . . . inter *L* 4 quod (1) leges (2) diversae *L* 12 (1) *Zeit* (2) Tempus et Spatium sun (3) Tempus *L* 13 magnitudo, (1) pers (2) aeternitas *L* 14 spatio (1) tribuatur (2) seu . . . addatur *L* 16 reale *erg. L* 17 f. se (1) sit (a) ad ex (b) in (2) demto *L* 19 facit (1) substantiam, et materiam seu ag (2) substantias (a) et (b) existentes *L*

322.DE MUNDI PERFECTIONE CONTINUO AUGENTE

[März 1689 bis März 1690 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH IV 8 Bl. 88. 1 Zettel (9 × 15 cm). 1 S.5 *E* BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 120 f.

Zur Datierung vgl. N. 314.

- Expensis omnibus credo Mundum continuo perfectione augeri, neque in circulum redire velut per revolutionem. Ita enim causa finalis abesset. Et licet in Deo non sit voluptas, est tamen hoc voluptati analogum, ut perpetuo consiliorum successu gaudeat.
- 10 Nulla autem voluptas foret, sed stupor, si persisterem in eodem statu, utcunque egregio. Felicitas postulat perpetuum ad novas voluptates perfectionesque progressum. Equidem Deo omnia quasi praesentia sunt, cunctaque in se ipse complectitur, executio tamen tempore indiget; nec debuit vel summa statim efficere, alioqui nulla amplius mutatio esset, nec transire ab aequali ad aequale, alioqui nullus in agendo scopus esset.
- 15 Universum est ad instar plantae aut animalis hactenus ut ad maturitatem tendat. Sed hoc interest, quod nunquam ad summum pervenit maturitatis gradum, nunquam etiam regreditur aut senescit.

10 foret, (1) si quis (2) sed *L* 10 si (1) qu (2) consisterem in (a) summo al (b) eo statu, (c) quodam inco (3) persisterem *L* 12 omnia (1) praesen (2) quasi *L* 13 nec (1) potuit (2) debuit *L* 14 ab (1) ali (2) aequali *L* 16 quod (1) neque (2) nunquam *L*

323.DE CESSATIONE COGITATIONUM DISTINCTARUM SINE EXTINCTIONE ANIMAE

[März 1689 bis März 1690 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH IV 8 Bl. 87. 1 Zettel (4 × 9 cm). 1 S.

5

E BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 120.

Zur Datierung vgl. N. 314.

Animam extinguere non posse facile judicabit, qui meas demonstrationes circa naturam substantiae intelliget, et probe percipiet, quod alibi explicui, cogitationes distinctas (quarum meminisse licet) cessare posse sine ulla extinctione animae, quoties 10 perceptiones ejus sunt multiplices et in aequilibrio, ut non una multo magis quam alia attentionem mentis in se vertat.

324. PRINCIPIA LOGICO-METAPHYSICA

[Frühjahr bis Herbst 1689 (?)]

Überlieferung:

15

L Konzept: LH IV 8 Bl. 6–7. 1 Bog. 2° (beschnitten). 4 Sp.

E COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 518–523.

Übersetzungen: 1. A. GALIMBERTI, *Leibniz*, o.O. 1946, S. 232–238. 2. LOEMKER, *Philosophical papers*, 1. Aufl. 1956, S. 411–417; 2. Aufl. 1969, S. 267–270. 3. SCHMIDT, *Fragmente*, 1960, S. 438–445. 4. MATHIEU, *Saggi*, 1963, S. 70–75. 5. BIANCA, *Scritti filos.*, 1967, S. 20 183–188. 6. BIANCA, *Scritti di metafisica*, Turin 1969, S. 85–93. 7. PARKINSON, *Philosophical Writings*, 1973, S. 87–92. 8. ARIEW-GARBER, 1989, S. 30–34.

9 f. explicui, (I) co (2) suspendi (3) cogitationes (a) extin (b) distinctas *L* 10 licet (I) non (2) cessare *L* 10 animae, (I) per (2) quoties *L* 11 multo erg. *L*

8 f. Vgl. G. W. LEIBNIZ, *Système nouveau de la nature et de la communication des substances*, in *Journal des Sçavans*, Juin 1695.

Leibniz dürfte diese Aufstellung der grundlegenden Prinzipien seiner Metaphysik anlässlich seiner Diskussionen mit Gelehrten in Italien verfaßt haben. Unsere Datierung stützt sich auf den Beleg des Wasserzeichens, der von Mai bis Dezember 1689 erschlossen ist.

Primae veritates sunt quae idem [de] se ipso enuntiant, aut oppositum de ipso
 5 opposito negant. Ut *A est A*, vel *A non est non A*. Si verum est *A esse B* falsum est *A non esse B* vel *A esse non B*. Item: *unumquodque est quale est. Unumquodque sibi ipsi simile aut aequale est. Nihil est majus aut minus se ipso*, aliaque id genus, quae licet suos ipsa gradus habeant prioritatis, omnia tamen uno nomine identicorum comprehendi possunt.

10 Omnes autem reliquae veritates reducuntur ad primas ope definitionum, seu per resolutionem notionum, in qua consistit probatio a priori, independens ab experimento. Exemplum dabo, haec propositio inter Axiomata a Mathematicis pariter et aliis omnibus recepta: Totum est majus sua parte, vel pars est minor toto, demonstratur facillime ex definitione minoris vel majoris, accedente axiomate primitivo
 15 seu identico. Nam Minus est quod alterius (majoris) parti aequale est, quae quidem definitio facillima est intellectu, et consentanea praxi generis humani, quando res inter se comparant homines, et aequale minori a majore auferendo excessum reperiunt. Hinc talis fit ratiocinatio: Pars aequalis est parti totius (nempe sibi ipsi, per axioma identicum, quod unumquodque sibi aequale est). Quod autem parti totius aequale est, id toto minus est
 20 (per definitionem minoris). Ergo pars toto minor est.

Semper igitur praedicatum seu consequens inest subjecto seu antecedenti, et in hoc ipso consistit natura veritatis in universum seu connexio inter terminos enuntiationis, ut etiam Aristoteles observavit. Et in identicis quidem connexio illa atque comprehensio praedicati in subjecto est expressa, in reliquis omnibus implicita, ac per analysis
 25 notionum ostendenda, in quo demonstratio a priori sita est.

Hoc autem verum est in omni veritate affirmativa universali aut singulari, necessaria aut contingente, et in denominatione tam intrinseca quam extrinseca. Et latet hic arcanum mirabile in quo natura contingentiae, seu essentielle discrimen veritatum necessariarum et

7 aut minus erg. L 11 qua (I) omnis (2) consistit L 20 f. est. (I) Ex eo autem quod omnis veritas quae identica non est, probari potest per reductionem ad identicas (2) Atque hoc (3) Et v (4) Semper L
 23 identicis (I) hoc apparet (2) | quidem erg. | L 25 priori (I) consistit (2) sita L 26 omni (I) propositione (2) | veritate erg. | L 26 affirmativa (I) sive necessaria (2) universali L 27 et . . . extrinseca erg. L

contingentium continetur, et difficultas de fatali rerum etiam liberarum necessitate tollitur.

Ex his propter nimiam facilitatem suam non satis consideratis multa consequuntur magni momenti, statim enim hinc nascitur axioma receptum: nihil esse sine ratione, seu nullum effectum esse absque causa. Alioqui veritas daretur, quae non posset probari a priori, seu quae non resolveretur in identicas, quod est contra naturam veritatis, quae semper vel expresse vel implicite identica est. Sequitur etiam hinc cum omnia ab una parte se habent ut ab alia parte in datis, tunc etiam in quaesitis seu consequentibus omnia se eodem modo habitura esse utrinque. Quia nulla potest reddi ratio diversitatis, quae utique ex datis petenda est. Atque hujus corollarium vel exemplum potius est postulatum Archimedis initio aequiponderantium, quod brachiis librae et ponderibus positus utrinque aequalibus, omnia sint in aequilibrio. Hinc etiam aeternorum datur ratio, si fingeretur mundum ab aeterno fuisse, et solos in eo fuisse globulos, reddenda esset ratio cur globuli potius quam cubi.

Sequitur etiam hinc non dari posse in natura duas res singulares solo numero differentes. Utique enim oportet rationem reddi posse cur sint diversae, quae ex aliqua in ipsis differentia petenda est. Itaque quod D. Thomas agnovit de intelligentiis separatis, quas nunquam solo numero differre asseruit, id de aliis quoque rebus dicendum est; neque unquam duo ova, aut duo folia vel gramina in horto perfecte sibi similia reperientur. Perfecta igitur similitudo locum habet tantum in notionibus incompletis atque abstractis, ubi res non omnimodo sed secundum certum considerandi modum in rationes veniunt, ut cum figuras solummodo consideramus, materiam vero figuratam negligimus, itaque duo triangula similia merito considerantur a Geometra, etsi duo triangula materialia perfecte similia nusquam reperiantur. Et licet aurum aliave metalla, salia item, et multi liquores pro homogeneis corporibus habeantur, id tamen ad sensum tantummodo admitti potest, et ne sic quidem exacte verum est.

Sequitur etiam nullas dari denominationes pure extrinsecas, quae nullum prorsus habeant fundamentum in ipsa re denominata. Oportet enim ut notio subjecti

1 f. et difficultas . . . | etiam *erg.* | . . . tollitur *erg.* L 7 semper *erg.* L 8 datis | determinantibus
gestr. |, | tunc *erg.* | L 12 utrinque *erg.* L 12–14 Hinc . . . cubi. *erg.* L 15 in natura *erg.* L
16 cur (1) dicantur (2) | sint *erg.* | L 27 pure extrinsecas *erg.* L

11 f. postulatum . . . aequilibrio: vgl. ARCHIMEDES, *Planorum aequiponderantium inventa, vel centra gravitatis planorum*, in *Opera*, Basel 1544, S. 125. Vgl. N. 126. 17 Vgl. THOMAS VON AQUIN, *Summa theologiae*, I, qu. 50, art. 4 c.

denominati involvat notionem praedicati. Et proinde quoties mutatur denominatio rei, oportet aliqualem fieri variationem in ipsa re.

Notio completa seu perfecta substantiae singularis involvit omnia ejus praedicata praeterita praesentia ac futura. Utique enim
 5 praedicatum futurum esse futurum jam nunc verum est, itaque in rei notione continetur. Et proinde in perfecta notione individuali Petri vel Judae considerati sub ratione possibilitatis, abstrahendo animum a divino creandi ipsum decreto, insunt et a Deo videntur omnia ipsis eventura tam necessaria quam libera. Atque hinc manifestum est Deum ex infinitis individuis possibilibus eligere ea quae supremis arcanisque suae
 10 sapientiae finibus magis consentanea putat, nec, si exacte loquendum est, decernere ut Petrus peccet, aut Judas damnetur, sed decernere tantum ut prae aliis possibilibus Petrus (certo quidem, non necessario tamen sed libere) peccaturus, et Judas damnationem passurus, ad existentiam perveniant. Seu ut notio possibilis fiat actualis. Et licet salus quoque futura Petri in notione ejus aeterna possibili contineatur, id tamen non est sine
 15 gratiae concursu, nam in eadem notione perfecta Petri hujus possibilis, etiam divinae gratiae auxilia ipsi ferenda sub notione possibilitatis continentur.

Omnis substantia singularis in perfecta notione sua involvit totum universum, omniaque in eo existentia praeterita praesentia et futura. Nulla enim res est, cui non ex alia imponi possit aliqua vera denominatio, comparisonis saltem
 20 et relationis. Nulla autem datur denominatio pure extrinseca. Idem multis aliis modis inter se conspirantibus a me ostenditur.

Imo omnes substantiae singulares creatae sunt diversae expressiones ejusdem universi, ejusdemque causae universalis, nempe Dei; sed variant perfectione expressionis ut ejusdem oppidi diversae repraesentationes vel
 25 scenographiae ex diversis punctis visus.

Omnis substantia singularis creata in omnes alias physicam actionem et passionem exercet. Mutatione enim facta in una consequitur mutatio aliqua

1 denominatio (I) extr (2) rei, L 2 fieri (I) mutati (2) variationem L 2 f. re. (I) Notio substantiae singularis completae inv (2) Notio L 6 perfecta erg. notione | individuali erg. | L 7 a (I) decreto crea (2) divino L 7 decreto, (I) omnia insunt, (2) insunt L 9 infinitis (I) noti (2) individuis L 9 quae (I) praevidet (2) supremis L 10 putat, (I) sed (2) nec (a) Petrum (b) Judam (3) nec, L 10 f. est, (I) Judae damnationem (a) dece (b) absoluta ratione decernere, sed aut (2) peccatum Petri aut damnationem Judae | decernere, *versehentlich nicht gestr.* | (3) decernere . . . damnetur, L 12 (certo . . . libere) erg. L 13 passurus, | certo quidem (I) et libere, (2) non necessario tamen sed libere, *gestr.* | ad L 15 eadem erg. notione | perfecta erg. | Petri (I) sub r(a) (2) | hujus erg. | L 19 vera erg. L 22 creatae erg. L 22 f. diversae (I) impression (2) expressiones L 26 creata erg. L 27 exercet. (I) Et in vase maximo (2) Mutatione L

respondens in aliis omnibus, quia variatur denominatio. Et hoc naturae experimentis consentaneum est, videmus enim in vase liquore pleno (quale vas est totum universum) motum in medio factum propagari ad extrema, licet magis magisque insensibilis reddatur, prout ab origine magis recedit.

In rigore dici potest, nullam substantiam creatam in aliam exercere actionem metaphysicam seu influxum. Nam ut taceam non posse explicari, quomodo aliquid transeat ex una re in substantiam alterius, jam ostensum est ex uniuscujusque rei notione jam consequi omnes ejus status futuros. Et quae causas dicimus esse tantum requisita comitantia in Metaphysico rigore. Idem ipsis naturae experimentis illustratur, revera enim corpora ab aliis corporibus recedunt vi proprii Elastri, non vi aliena, etsi corpus aliud requisitum fuerit, ut Elastrum (quod ab aliquo ipsi corpori intrinseco oritur) agere posset.

Posita etiam diversitate animae et corporis, hinc explicari potest unio eorum sine Hypothesi vulgari influxus, quae intelligi non potest, et sine Hypothesi causae occasionalis, quae Deum ex machina advocat. Nam Deus ab initio condidit animam pariter et corpus tanta sapientia et tanto artificio, ut ex ipsa cujusque prima constitutione notioneve omnia quae in uno fiunt per se perfecte respondeant omnibus quae in altero fiunt, perinde ac si ex uno in alterum transiissent, quam ego Hypothesin concomitantiae appello. Quae vera est in omnibus substantiis totius universi, sed non in omnibus sensibilis est, ut in anima et corpore.

Non datur vacuum. Nam spatii vacui partes diversae forent perfecte similes, et congruae inter se, nec ex seipsis discerni possent, adeoque differrent solo numero, quod est absurdum. Eodem modo quo spatium, etiam tempus rem non esse probatur.

Non datur atomus, imo nullum est corpus tam exiguum, quin sit actu subdivisum. Eo ipso dum patitur ab aliis omnibus totius universi, et effectum aliquem ab omnibus recipit, qui in corpore variationem efficere debet, imo etiam omnes impressiones praeteritas servavit, et futuras praecontinet. Et si quis dicat effectum illum contineri in

1 denominatio (1) extrinseca, (2) . Et L 5 rigore | Metaphysico *gestr.* | dici L 7 jam (1) ostendendum (2) ostensum L 11 etsi (1) ipsa effecerit, (2) corpus . . . fuerit, L 15 f. initio (1) condi (2) ita (3) condidit L 17 per se *erg.* L 19 f. totius universi *erg.* L 23 f. Eodem . . . probatur. *erg.* (1) Non datur atomus, (2) Non datur substantia corporea cui nihil aliud insit quam extensio seu magnitudo, figura et horum variatio. Ita enim duae possent existere substantiae corporeae perfecte similes inter se quod est absurdum. Hinc sequitur dari aliquid in (a) corporibus analogum ani (b) substantiis corporalibus analogum animae, quod vocant formam. (3) Non L 26 variationem (1) efficit, |(2) efficere debet, *erg.* |(a) etiam (b) tum cum motus ejus (aa) impeditur (bb) integri impeditur (c) imo L

motibus atomo impressis, qui in toto sine ejus divisione effectum sortiantur, huic responderi potest, non tantum debere effectus resultare in atomo ex omnibus universi impressionibus, sed etiam vicissim ex atomo colligi totius universi statum et ex effectu causam, jam vero ex sola figura atomi et motu colligi per regressum non potest quibus
 5 impressionibus ad eum pervenerit, quia idem motus obtineri potest diversis impressionibus. Ut taceam rationem nullam reddi posse, cur corpora certae parvitatatis non amplius sint divisibilia.

Hinc sequitur in omni particula universi contineri mundum infinitarum creaturarum. Non tamen continuum in puncta dividitur, nec dividitur
 10 omnibus modis possibilibus. Non in puncta, quia puncta non sunt partes sed termini; non omnibus modis possibilibus, quia non omnes creaturae insunt in eodem, sed certus tantum earum in infinitum progressus. Quemadmodum qui rectam et quamvis ejus partem bisectam poneret, alias divisiones statueret quam qui trisectam.

Non datur ulla in rebus actualis figura determinata, nulla enim
 15 infinitis impressionibus satisfacere potest. Itaque nec circulus, nec ellipsis, nec alia datur linea a nobis definibilis nisi intellectu, ut lineae antequam ducantur, aut partes antequam abscindantur.

Extensio et motus et ipsa corpora, quatenus in his solis collocantur, non sunt substantiae, sed phaenomena vera, ut irides et parhelia. Nam non dantur figurae a parte
 20 rei, et corpora, si sola extensio consideretur, non sunt una substantia, sed plures.

Ad corporis substantiam requiritur aliquid extensionis expers, alioqui nullum erit principium realitatis phaenomenorum, aut verae unitatis; semper habentur plura corpora nunquam unum, ergo revera nec plura. Cordemoius simili argumento atomos probabat, quae cum sint exclusae, superest aliquid extensione carens, analogum animae, quod olim
 25 formam vel Speciem appellabant.

2 omnibus (I) partibus (2) universi L 8 Hinc (I) arbitror (2) sequitur L 17 f. abscindantur. (I) Spatium, tempus, extensio et motus non sunt res, sed (a) phae (b) modi considerandi fundamentum habentes (aa) . De spatio et te (bb) , vel (2) Extensio L 18 motus (I) non (2) sunt (a) inf (b) phaenomena sed consen (3) et L 18 corpora, (I) | (etsi) erg. | sunt phaenomena vera, ut iris (2) quatenus L 19 parhelia (I) aut ag (2) . Nam L 20 corpora (I) per s (2) si L 20 f. plures (I) , id est (2) Datur in corp (3) Ad L 21 corporis (I) formam (2) substantiam L 24 sint (I) impossibiles (2) exclusae, L 25–S. 1649.1 appellabant. (I) Atque hae animae (a) neque ori (b) vel for (2) Substantia L

23 Cordemoius . . . probabat: G. DE CORDEMOY, *De Corporis et Mentis distinctione*, Genf 1679 (franz. Original 1666 u.ö.), pars prima.

Substantia corporea neque oriri neque interire potest nisi per creationem aut annihilationem, cum enim semel duret, semper durabit neque enim ulla ratio est differentiae, neque dissolutiones partium corporis quicquam cum ipsius destructione commune habent. Ideo Animata non oriuntur aut intereunt, sed tantum transformantur.

5

325. DE CONTINGENTIA

[Frühjahr bis Herbst 1689 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH I 4, 1 Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 4 S.

*E*¹ I. JAGODINSKI, *Filosofija Lejbnica. Process obrazovanija sistemy. Pervyi period* 1659–1672, Kazan 1914, S. 422–426.

10

*E*² GRUA, *Textes*, 1947, S. 302–306 (Teildruck).

Weiterer Druck: HOLZ, *Kleine Schriften*, 1965, S. 178–187 (Teildruck mit Übers.).

Übersetzung: ARIEW-GARBER, 1989, S. 28–30.

Die Datierung dieser Aufzeichnung, die sich der Kontingenz, den Prinzipien der Kontingenz und der Begründbarkeit kontingenter Wahrheiten widmet, beruht auf dem Wasserzeichen.

15

In Deo existentia non differt ab Essentia, vel quod idem est Deo essentiale est existere. Unde Deus est Ens necessarium.

Creaturae sunt contingentes, hoc est existentia non sequitur ex ipsarum Essentia.

Veritates necessariae sunt, quae possunt demonstrari per Analysin Terminorum, ita ut tandem evadant in identicas quemadmodum in Algebra substitutis valoribus aequatio tandem identica prodit. Seu veritates necessariae pendent ex principio contradictionis.

20

Veritates contingentes non possunt reduci ad principium contradictionis, alioqui omnia forent necessaria, nec alia essent possibilia, quam quae actu ad existentiam perveniunt.

25

17 Deo (*I*) essentia no (2) existentia *L* 18 f. Unde . . . necessarium. *erg.* (*I*) In creaturis
contingentia est (2) Creaturae . . . contingentes *L* 20 demonstrari (*I*) ex termi (2) per *L* 24 actu (*I*)
existunt (2) ad *L*

Nihilominus, quia tam Deum quam Creaturas existere dicimus, et necessarias non minus quam contingentes propositiones dicimus esse veras, necesse est ut communis aliqua sit existentiae contingentis notio et veritatis essentialis.

Commune omni veritati mea sententia est, ut semper propositionis (non identicae) 5 reddi possit ratio, in necessariis necessitans, in contingentibus inclinans. Et existentibus tam necessariis quam contingentibus hoc commune esse videtur, ut plus habeant rationis, quam alia quae ipsorum loco ponerentur.

Omnis propositio vera Universalis affirmativa sive necessaria sive contingens, hoc habet, ut praedicati et subjecti aliqua sit connexio. Et quidem quae identicae sunt earum 10 connexio per se patet. In caeteris debet apparere per analysin terminorum.

Et hic arcanum detegitur discrimen inter Veritates Necessarias et Contingentes, quod non facile intelliget, nisi qui aliquam tincturam Matheseos habet. Nempe in propositionibus necessariis analysi aliquousque continuata devenitur ad aequationem identicam; et hoc ipsum est in geometrico rigore demonstrare veritatem; in 15 contingentibus vero progressus est analyseos in infinitum, per rationes rationum, ita ut nunquam quidem habeatur plena demonstratio, ratio tamen veritatis semper subsit, etsi a solo Deo perfecte intelligatur, qui unus seriem infinitam uno mentis ictu pervadit.

Exemplo apposito ex Geometria et numeris res illustrari potest; uti in propositionibus necessariis per continuam analysin praedicati et subjecti res eo tandem 20 reduci potest, ut appareat notionem praedicati inesse subjecto, ita in numeris per continuam analysin (alternarum divisionum), tandem perveniri potest ad communem mensuram, sed quemadmodum in ipsis incommensurabilibus quoque datur proportio sive comparatio, etsi resolutio procedat in infinitum, nec unquam terminetur, uti ab Euclide est demonstratum, ita in contingentibus datur connexio terminorum sive veritas, etsi ea 25 ad principium contradictionis sive necessitatis per analysin in identicas reduci nequeat.

Quaeri potest, an haec ipsa propositio: *Deus eligit optimum* necessaria sit, an vero potius unum et primarium ex liberis ejus decretis.

3 f. existentiae (1) notio et veritatis. (a) Communis notio Veritatis in eo consistere videtur, (b) Commune omni veritati esse videtur, (2) contingentis . . . est, L 4 (non identicae) erg. L 5 inclinans. (1) Et cum Existencia Essentiae non addat novam formam, alioqui Essentia (2) Et ideo conti (3) Et L 6 f. rationis, (1) seu ut ratio (a) reddi possit cur potius | (b) eorum reddi possit. erg. | (2) quam . . . ponerentur. L 10 patet (1) , quae vero sunt (2) In L 16 habeatur (1) demonstratio, perfecta subsi (2) plena demonstratio L 16 semper erg. L 17 unus (1) tota (2) seriem L 18 potest; (1) cum Ratio inter duas quantita (2) uti L 20 potest, (1) ut appareat (a) totam praedicati notionem (b) totum numerum minorem (2) ut L 22 ipsis erg. L 22 quoque erg. L 23 terminetur (1) saltem enim ipsa (2) quemadmodum, (3) uti L 24 connexio | inclusioque gestr. | terminorum L 26 Quaeri potest, an erg. L 26 optimum (1) non libera an n (2) necessaria L

Item quaeri potest similiter, utrum haec propositio necessaria sit: *nihil existit sine maiore existendi quam non existendi ratione*.

Illud certum est, in omni veritate esse connexionem praedicati et subjecti. Ideo, cum dicitur *Adam peccans, existit*, necesse est, ut sit aliquid in hac notione possibili *Adamus peccans*, propter quod existere dicatur. 5

Concedendum videtur, Deum nunquam agere nisi sapienter, seu ita, ut is qui cognosceret ejus rationes, summam ejus justitiam, bonitatem et sapientiam esset agnitus et adoraturus. Itaque non videtur unquam in Deo dari casus puri placiti; quod scilicet simul beneplacitum non sit.

Quia non possumus cognoscere veram rationem formalem existentiae, in ullo casu 10 speciali, involvit enim progressum in infinitum; ideo sufficit nobis veritatem contingentium nosse a posteriori, nempe per experimenta; et tamen illud simul tenere in universum, et generatim, quod et ratione et experientia ipsa (quantum nos in res penetrare datum est) firmatur, insitum Divinitus menti nostrae principium: nihil fieri sine ratione, et ex oppositis semper illud fieri quod plus rationis habet. 15

Et quemadmodum Deus ipse decrevit nunquam agere, nisi secundum sapientiae rationes veras, ita sic creavit creaturas rationales, ut nunquam agant nisi secundum rationes praevalentes seu inclinantes, veras vel apparentes.

Nisi daretur tale principium, vicarium rationis, nullum daretur principium veritatis in rebus contingentibus, quia principium contradictionis utique in illis locum non habet. 20

Pro certo habendum est non omniaabilia ad existentiam pervenire; alioqui nullus fingi posset Romaniscus qui non alicubi aut aliquando existeret. Imo non videtur fieri posse, ut omniaabilia existant, quia se mutuo impediunt. Et dantur infinitae series possibilium, una autem series in alia utique esse non potest, cum unaquaeque sit universalis. 25

Ex his duobus sequuntur reliqua:

1º) Deus semper agit cum caractere perfectionis seu sapientiae.

2º) Non omne possibile ad existentiam pervenit.

2 f. *ratione*. (1) Illud certum est, quod existit non accipere novam formam existendi. (2) Illud L 4 in (1) Adamo peccante (2) hac notione (a) Adami peccantis, (b) possibili *Adamus peccans*, L 8 f. puri | bene gestr. | placiti | (1) ; sed semper est beneplacitum (2) ; quod . . . sit. *erg.* | L 10–14 existentiae, (1) vicarium nobis Deus concessit, et experimentis perpetuis stabilivit insitum (2) in . . . Divinitus *erg.* L 12 simul (1) discere (2) tenere L 17 veras *erg.* L 18 , veras vel apparentes *erg.* L 19 vicarium rationis. *erg.* L 21 possibilium (1) existere; aut ex (2) ad L 24 series (1) impossibile (2) possibile L 24 f. sit (1) infinita (2) | universalis *erg.* | L

Quibus addi potest:

3°) In omni propositione universalis affirmativa vera praedicatum inest subjecto, seu datur connexio praedicati et subjecti.

Videndum est an posito necessariam hanc esse propositionem: *propositio existit*
 5 *cujus major existendi ratio est*; sequatur propositionem *cujus major existendi ratio est*
 esse necessariam. Sed merito negatur haec consequentia. Nam si necessariae
 propositionis definitio est, posse veritatem ejus geometrico rigore demonstrari, tunc fieri
 quidem potest, ut haec propositio possit demonstrari: *omnis et sola veritas habet*
majorem rationem, vel haec: *Deus semper agit sapientissime*; sed ideo non poterit
 10 demonstrari haec propositio: *propositio contingens A habet majorem rationem*, seu
propositio contingens A est conformis Divinae sapientiae. Et ideo etiam non sequitur
 propositionem contingentem *A* esse necessariam. Et ideo licet hoc concederetur
 necessarium esse ut Deus eligat optimum, seu optimum esse necessarium; non tamen
 sequitur id quod eligitur esse necessarium, quia nulla datur demonstratio quod sit
 15 optimum. Et hic locum habet aliquo modo distinctio inter necessitatem consequentiae et
 consequentis. Ita ut id demum necessarium sit necessitate consequentiae, non
 consequentis, quod eo ipso quia optimum esse supponitur ex illa hypothesi admissa
 infallibili electione optimi necessarium est.

Videtur tutius esse quam perfectissimum operandi modum Deo tribuere. In creaturis
 20 non est adeo certum acturas secundum rationem maxime apparentem, quando haec ipsa
 propositio in ipsis demonstrari non potest.

6 necessariam. (1) Et negari potest consequentia. (a) Nam etsi in genere (b) Nam posito necessariam
 esse propositionem, quae ex terminis necessitate (2) Sed . . . consequentia. Nam L 8 *et sola erg. L*
 9 *majorem erg. L* 9 *semper erg. L* 10 propositio: (1) *Ista propositio est* (2) *propositio L*
 11 *sapientiae* (1) , sed vera (2) Et L 11 f. sequitur (1) *propositio contingens A est necessaria*. (2)
 propositionem . . . necessariam. L 12 f. licet (1) Deus necessario eligeret optimum, non ideo tamen
 optimum foret necessarium. (2) verum esset *necessarium est ut Deus eligat optimum* (3) hoc: concederetur . . .
 esse necessarium; L 14 sequitur (1) necessaria esse (2) optima esse necessaria, ali | (3) optimum esse
 necessarium *erg.* | (4) id L 18 f. est. (1) Etsi necessarium sit *Deus eligit optimum verum*, non tamen
 sequitur *Deus* (2) Videtur L 20 adeo *erg. L* 20 apparentem, (1) nam ratio agendi in ipsis qua (2)
 quando L

326. DE LIBERTATE, CONTINGENTIA ET SERIE CAUSARUM, PROVIDENTIA [Sommer 1689 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH I 6, 2 Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 1 S.

E FOUCHER DE CAREIL, *Nouvelles lettres et opusc.*, 1857, S. 178–185. 5

Übersetzungen: 1. A. BUCHENAU in BUCHENAU-CASSIRER, *Hauptschriften* 2, 1906, S. 497–503, Neuausg. 2 Bde, 1996, S. 654–660. 2. L. PRENANT, *Oeuvres choisies de Leibniz*, [Paris 1940], S. 285–291; 2. Aufl. Paris 1972, S. 379–383. 3. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 1. Aufl. 1956, S. 404–410. 2. Aufl. 1969, S. 263–266. 4. PARKINSON, *Philosophical Writings*, 1973, S. 106–111. 5. ARIEW-GARBER, 1989, S. 94–98. 6. ROLDÁN, *Escritos*, 10 1990, S. 97–105.

Unsere kleine Schrift, die biographisch-entwicklungsgeschichtlich beschreibt, auf welchem Wege Leibniz zur Auflösung des Notwendigkeit-Freiheit-Dilemmas gelangte und dabei die zumindest 1686 (N. 303) abgeschlossene Argumentation zugrundelegt, die auf dem Zusammenhang zwischen Freiheit, Kontingenz und unendlicher Analyse kontingenter Wahrheiten beruht, läßt sich aufgrund ihres Wasserzeichens datieren. 15

Vetustissima generis humani dubitatio est, quomodo libertas et contingentia, cum serie causarum, et providentia stare possint. Et aucta est rei difficultas, Christianorum disquisitionibus de iustitia Dei in procuranda hominum salute.

Ego cum considerarem nihil casu fieri, aut per accidens nisi respectu ad substantias quasdam particulares habito, et fortunam a fato separatam inane nomen esse, et nihil 20 existere nisi positis singulis requisitis, ex his autem omnibus simul vicissim consequi ut res existat; parum aberam ab eorum sententia, qui omnia absolute necessaria arbitrantur, et libertati sufficere iudicant, ut a coactione tuta sit, etsi necessitati submittatur; neque infallibile seu verum certo cognitum, a necessario discernunt.

Sed ab hoc praecipitio retraxit me consideratio eorum possibilium, quae nec sunt, 25 nec erunt, nec fuerunt nam si quaedamabilia nunquam existunt, utique existentia non semper sunt necessaria, alioqui pro ipsis alia existere impossibile foret, adeoque omnia nunquam existentia forent impossibilia, neque vero negari potest fabulas complures

17 et (1) <ante re> (2) providentia *L* 17 rei *erg.* *L* 19 f. aut . . . ad (1) Entia (2) substantias . . . habito, *erg.* *L* 21 f. nisi (1) existentibus (2) existe (3) positis (a) omnibus requisitis, ex his autem omnibus positis consequi ut ipsum existat; probe (b) singulis . . . parum *L* 23 et (1) idem esse iudicant possibile quod actu aliquando existens, (2) libertati *L* 25 quae (1) nunquam, (2) nec *L* 26–28 nam . . . | semper *erg.* | . . . foret (1) contra hypothesin (2) adeoque . . . impossibilia *erg.* *L* 28 potest (1) fabulam aliquam | bene excogitatum *erg.* |, ex earum inprimis numero quas Romaniscas (2) fabulas (a) quales sunt plurimae (b) complures *L*

quales Romaniscorum nomine censentur esse possibles; etsi non inveniant locum in hac serie Universi, quam Deus delegit, nisi quis sibi fingat in tanta magnitudine spatii et temporis aliquas esse regiones poetarum, ubi et Regem Artum Magnae Britanniae, et Amadisum Galliae, et incrustatum figmentis Germanorum Theodericum Veronensem per
 5 orbem errantes videre possis; a qua opinione insignis quidam nostri seculi philosophus non multum abfuisse videtur, qui alicubi expresse affirmat materiam omnes successive formas suscipere quarum est capax. (*Princip. philos.* parte 3 artic. 47). Quod minime defendi potest, ita enim omnis pulchritudo universi et rerum delectus tolletur, ut alia nunc taceam, quibus contrarium evinci potest.

10 Agnita igitur rerum contingentia porro considerabam quaenam esset Notio liquida Veritatis, inde enim non absurde aliquod huic argumento lumen sperabam; ut veritates necessariae a contingentibus discerni possent. Videbam autem commune esse omni propositioni verae affirmativae, universali vel singulari, necessariae vel contingenti, ut praedicatum insit subjecto, seu ut praedicati notio in notione subjecti aliqua ratione
 15 involvatur; idque esse principium infallibilitatis in omni veritatum genere, apud eum qui omnia a priori cognoscit. Sed hoc ipsum difficultatem augere videbatur, nam si praedicati notio pro dato tempore in subjecti notione inest, quomodo sine contradictione atque impossibilitate praedicatum a subjecto tunc abesse potest salva ejus notione?

Tandem nova quaedam atque inexpectata lux oborta est unde minime sperabam; ex
 20 considerationibus scilicet Mathematicis de natura infiniti. Duo sunt nimirum Labyrinthi Humanae Mentis, unus circa compositionem continui, alter circa naturam libertatis, qui ex eodem infiniti fonte oriuntur. Et ambos sane nodos idem ille insignis philosophus, quem paulo ante citavi, cum solvere non posset, aut sententiam suam aperire nollet, gladio scindere maluit, nam *Princip.* part. 1. artic. 40 et 41 ait facile nos magnis

1 non | omnes *gestr.* | inveniant *L* 2 quam Deus delegit *erg.* (*I*) et manifestum est (2) nisi *L*
 4 incrustatum (*I*) fabulis (2) | figmentis *erg.* | *L* 5–10 a . . . potest. *erg.* (*I*) Deinde (2) Agnita . . . porro *L*
 8 omnis (*I*) rerum (2) pulchritudo *L* 10 esset (*I*) vera (2) Notio *L* 11 sperabam (*I*) . Et quidem
 omnibus veritatibus ut necessariis (2) ; ut *L* 12 possent. (*I*) Agnoscebam (2) Videbam *L*
 13 propositioni (*I*) universali (2) verae *L* 13 f. ut (*I*) notio (2) praedicatum *L* 16 f. videbatur, (*I*) ut
 (2) cum enim nihil aliud sit demonstratio apud Geometras (3) nam si (*a*) ita (*b*) praedicatum | omne *erg.* |
 subjecto | (*c*) praedicati notio (*aa*) in (*bb*) pro . . . notione *erg.* | *L* 19 est (*I*) ex (2) unde *L* 22 infiniti
erg. *L* 22 ambos (*I*) idem (2) sane *L* 23 ante (*I*) nominavi (2) citavi, *L* 23 solvere (*I*) aut (2)
 non *L* 24 nam (*I*) de (2) *Princip.* *L* 24 part. 1. (*I*) artic. 41 de libertate nostra ita (2) artic. 40 et 41 *L*

6 Vgl. das kurze Stück, wohl aus den 90er Jahren, LH IV 4, 13 c Bl. 5; N. 327₂, nach Tafel Abs. 2 und II, 1 N. 222, S. 505. 24–S. 1655.3 Vgl. VI, 3 N. 15, S. 214.

difficultatibus intricari si Dei praeordinationem cum libertate arbitrii conciliare conemur; sed ab illis discutiendis abstinendum esse, quod a nobis Dei natura comprehendi non possit. Et idem parte 2. artic. 35. de materiae divisione in infinitum ait dubitari non debere, etsi a nobis capi non possit. Sed hoc non sufficit, aliud enim est nos rem non comprehendere, aliud est nos comprehendere [eam esse] contradictoriam; itaque saltem 5 necesse est responderi posse illis argumentis quae inferre videntur libertatem aut divisionem materiae implicare contradictionem.

Sciendum igitur est omnes creaturas characterem quandam impressum habere divinae infinitatis, atque hunc esse multorum mirabilium fontem; quibus humana mens in stuporem datur. Nimirum nulla est portio materiae tam exigua, in qua non sit quidam 10 infinitarum numero creaturarum Mundus; neque ulla est substantia individualis creata tam imperfecta, quin in omnes alias agat, et ab omnibus aliis patiatur, et notione sua completa (qualis in divina Mente est) complectatur totum universum et quicquid est, fuit eritve, neque ulla est veritas facti seu rerum individualium quin ab infinitarum rationum serie dependeat, cui seriei quicquid inest a Deo solo pervideri potest, quae etiam causa 15 est, quod solus Deus veritates contingentes a priori cognoscit, earumque infallibilitatem aliter quam experimento videt.

His attentius consideratis, patuit intimum inter Veritates necessarias contingentesque discrimen. Nempe omnis veritas vel originaria est, vel derivativa. Veritates originariae sunt, quarum ratio reddi non potest, et tales sunt identicae sive 20 immediatae, idem de se ipso affirmantes, aut contradictorium de contradictorio negantes. Veritates derivativae rursus duorum sunt generum, aliae enim resolvuntur in originarias, aliae progressum resolvendi in infinitum admittunt; illae sunt necessariae, hae contingentes. Nimirum *Necessaria* propositio est, cujus contrarium implicat contradictionem; qualis est omnis identica, aut derivativa in identicas resolubilis, et tales 25 sunt veritates quae dicuntur metaphysicae vel geometricae necessitatis. Nam demonstrare nihil aliud est, quam

3 parte 2. (1) artic. 34 (2) artic. 35. L 5 comprehendere | ejus *ändert Hrsg.*, | (1) contradictorium; (2) contradictoriam; itaque (a) ne (b) saltem L 6 illis (1), qui (2) argumentis L 7 f. contradictionem (1) S (2) Verum qu (3) Sciendum L 9 esse (1) mirabilium fontem, qua (2) multorum L 9 fontem; (1) omnem nimirum p (2) nullam esse partem materiae tam exiguam, in qua non contineatur (3) quibus L 11 Mundus; (1) nullus (2) neque L 12 tam (1) abjecta et (2) imperfecta, L 12 notione (1) sua (2) perfecta totum involv (3) sua L 14 f. eritve (1). Veritates autem (2), et veritates rerum individualium ita comparatae sunt, ut (a) ab infinitis aliis rat (b) a (c) ab infinitarum aliarum rationum serie dependeant (3), neque . . . dependeat L 15 f. quae (1) ratio est, ut (2) etiam . . . quod L 16 priori (1) cognoscat (2) cognoscit L 18 patuit (1) veru (2) intimum L 19 vel (1) primitiva (2) originaria L 20 sunt, (1) quae ratio (2) quarum L 21 de (1) ipso (2) contradictorio L 26 quae dicuntur *erg. L*

resolvendo terminos propositionis, et pro definito definitionem aut ejus partem substituendo, ostendere aequationem quandam seu coincidentiam, praedicati cum subjecto in propositione reciproca; in aliis vero saltem inclusionem, ita ut quod in propositione latebat, et virtute quadam continebatur, per demonstrationem evidens et expressum reddatur. Exempli causa, si numerum, ternarium, vel senarium, vel duodenarium etc. intelligamus, qui dividi potest per 3, 6, 12, potest haec demonstrari propositio: *omnis duodenarius est senarius*. Nam *omnis duodenarius est binario-binarius ternarius* (quae est resolutio duodenarii in suos primitivos $12 = 2 \cdot 2 \cdot 3$ seu duodenarii definitio). Et *omnis binario-binarius ternarius est binarius ternarius* (quae est propositio identica) et *omnis binarius ternarius est senarius* (quae est definitio senarii $6 = 2 \cdot 3$). Ergo *omnis duodenarius est senarius*. (12 est idem quod $2 \cdot 2 \cdot 3$, et $2 \cdot 2 \cdot 3$ divisibilis est per $2 \cdot 3$. Et $2 \cdot 3$ est idem quod 6. Ergo 12 est divisibilis per 6.)

Sed in veritatibus contingentibus, etsi praedicatum insit subjecto, nunquam tamen de eo potest demonstrari, neque unquam ad aequationem seu identitatem revocari potest propositio, sed resolutio procedit in infinitum; Deo solo vidente non quidem finem resolutionis, qui nullus est, sed tamen connexionem terminorum, seu involutionem praedicati in subjecto, quia ipse videt quicquid seriei inest; imo ipsa haec veritas ex ipsius partim intellectu, partim voluntate, nata est; et infinitam ejus perfectionem, atque totius rerum seriei harmoniam suo quodam modo exprimit.

Nobis autem duae sunt viae relictæ veritates contingentes cognoscendi, una experientiae, altera rationis. Experientiae quidem, quando sensibus rem satis distincte percepimus; Rationis autem ex hoc ipso principio generali, quod nihil fit sine ratione; seu quod semper praedicatum aliqua ratione subjecto inest. Itaque pro certo habere possumus, omnia a Deo fieri perfectissimo modo, neque quicquam ab eo praeter rationem agi; neque

1 resolvendo (I) subje (2) terminos L 2 coincidentiam, (I) ita ut praedicatum (2) praedicati L 3 saltem (I) manifestam (2) eo (3) inclusionem, L 4 quadam (I) confir (2) continebatur, L 5 vel erg. senarium, | vel erg. | L 6 etc. (I) divid (2) definiamus, (3) intelligamus, L 7 est (I) ternarius, (2) senarius. L 7 est (I) binarius (2) binario-binarius L 8 f. suos (I) primitivos) Et *Omnis binario-binarius ternarius est binarius* (2) primitivos (a) $12 = 2 \cdot 2 \cdot 3$ (b) $12 = 2 \cdot 2 \cdot 3$ (aa) (se (bb) seu duodenarii (aaa) propositio (bbb) definitio) L 11 duodenarius (I) est (2) binarius ternarius, (3) seu omnis (4) est senarius, (a) $12 = 2 \cdot 2 \cdot 3$ (b) 12 continet (c) (12 divisib. per $2 \cdot 2 \cdot 3$ et $2 \cdot 2 \cdot 3$ divisib. per $2 \cdot 3$ (d) (12 L 13 etsi (I) verum (2) subjectum (3) praedicatum L 16 terminorum erg. L 17 quicquid (I) conti (2) seriei L 17 ipsa haec erg. L 20 f. Nobis (I) tamen duo sunt (2) autem (a) duo sunt principia relictæ veritates contingentes cognoscendi, unum experientiae, alterum | (b) duae . . . altera erg. | (aa) v (bb) rationis. L 21 sensibus (I) distinctis rem (2) rem L 22 ipso erg. L 22 f. ratione (I) . Unde pro certo affirm (2) ; seu | quod erg. | L 23 praedicatum (I) su (2) aliqua L 24 possumus, (I) nihil unquam fi (2) omnia L

unquam evenire aliquid quin ab eo, qui intelligit, ejus ratio intelligatur, cur nempe sic potius quam aliter sese habeat rerum status. Itaque rationum redditio non minus in mentium quam corporum actionibus locum habet, quamvis necessitas a mentium electionibus absit. Peccata oriuntur ex originali rerum limitatione. Deus autem non tam peccata decernit, quam certarum substantiarum possibilem, futurum peccatum liberum 5 in notione sua completa sub ratione possibilitatis jam involventium, totamque adeo rerum seriem cui inerunt connotantium, admissionem ad existendum. Neque dubium etiam esse debet quin rationes sint arcae, omnem creaturae captum transcendentes, cur una rerum series (licet peccatum includens) alteri a Deo praeferatur. Caeterum a Deo decernitur non nisi perfectio seu quod positivum est, limitatio autem et nascens ex ea 10 peccatum, eo ipso permittitur, quia decretis quibusdam positivis stantibus rejectio ejus absoluta locum non habet, neque aliud ex sapientiae rationibus superest, quam ut majori bono alioqui non obtinendo redimatur. Verum ista hujus loci non sunt.

Sed quo magis figatur animi attentio, ne per vagas difficultates exultet, venit in mentem Analogia quaedam veritatum cum proportionibus, quae rem omnem mirifice 15 illustrare et in clara luce ponere videtur. Scilicet quemadmodum in omni proportionem numerus minor inest majori, vel aequalis aequali; ita in omni veritate praedicatum inest subjecto. Et uti in omni proportionem (quae est inter homogeneas quantitates) analysis quaedam aequalium vel congruentium institui potest, detrahique minus a majore tollendo scilicet a majore partem minori aequalem; et similiter a detracto detrahi potest residuum, 20 et ita porro, vel aliquousque, vel in infinitum; ita in analysi veritatum quoque semper pro termino substituitur aequivalens, ut praedicatum in ea resolvatur quae subjecto continentur.

1 nempe *erg. L* 2–4 Itaque . . . absit *erg. (I)* Et (2) Peccata *L* 4 limitatione (1) ; at (2) ; ante (a) omnia (b) omne peccatum, (3) . Deus *L* 5–7 decernit (1) permittere, quam (a) certas (b) existentiam certarum substantiarum possibilem, futurum peccatum sub ratione possibilitatis jam involventium, totamque adeo seriem rerum (2) , quam . . . | liberum . . . completa *erg. |* . . . existendum *L* 8 debet (1) cur una rerum series alteri a Deo praeferatur (2) quin *L* 9 una (1) ratio (2) rerum series (a) alteri (b) (licet *L* 9–13 praeferatur. | (1) Et (2) Caeterum . . . | stantibus *erg. |* . . . bono (a) ejus permissione (b) (ingenti) (c) alioqui . . . sunt. *erg. | L* 14 Sed | ut ad contingentiae explicationem redeamus *erg. u. gestr. |* quo *L* 16 Scilicet (1) in omni (2) quemadmodum (a) omnis proportio est vel (aa) rationalis (bb) commensurabilium (b) in *L* 16 f. proportionem (1) quantitas minor inest (2) numerus *L* 17 vel (1) saltem (2) aequalis (a) aequali, (b) sibi; (c) aequali; *L* 18–20 quantitates) (1) detrahi potest minus a majore, et residuum a detracto, (2) analysis . . . | aequalium vel *erg. |* . . . minus a (a) parte (b) majore (aa) sibi aequali (bb) tollendo (aaa) a (bbb) scilicet . . . residuum, *L* 21 porro, vel (1) in (2) aliquousque, *L* 21 ita in (1) omni veritate analysis (2) analysi *L* 22 f. ut (1) sub (2) praedicatum (a) in subjecto contineri seu ab eo detrahi posse appareat. (b) in . . . continentur. *L*

Sed quemadmodum in proportionibus aliquando quidem exhauritur analysis et pervenitur ad communem mensuram, quae scilicet repetitione sui perfecte utrumque proportionis terminum metitur, interdum vero analysis in infinitum continuari potest, ut fit in comparatione numeri rationalis et surdi, velut lateris et diagonii in quadrato; ita
 5 similiter veritates interdum demonstrabiles sunt seu necessariae, interdum liberae vel contingentes, quae nulla analysi ad identicitatem tanquam ad communem mensuram reduci possunt; atque hoc est discrimen essentielle tam proportionum quam veritatum.

Interim quemadmodum proportionales incommensurabiles subjiciuntur scientiae Geometrae, et de seriebus quoque infinitis demonstrationes habemus, ita multo magis
 10 veritates contingentes seu infinitae subeunt scientiam Dei, et ab eo non quidem demonstratione (quod implicat contradictionem), sed tamen infallibili visione cognoscuntur. Dei autem visio minime concipi debet ut scientia quaedam experimentalis, quasi ille in rebus a se distinctis videat aliquid, sed ut cognitio a priori per veritatum rationes, quatenus res videt ex se ipso, possibiles quidem consideratione suae naturae,
 15 existentes autem accedente consideratione suae voluntatis liberae decretorumque, quorum primum est omnia agere optimo modo, et summa cum ratione. Scientia autem media quam vocant nihil aliud est quam scientia possibilium contingentium.

His autem probe consideratis non puto difficultatem in hoc argumento nasci posse, cujus non solutio ex dictis derivari queat. Admissa enim hac notione Necessitatis, quam
 20 admittunt omnes, quod scilicet ea demum necessaria sint, quorum contrarium implicat contradictionem, facile apparet naturam demonstrationis atque analyseos consideranti dari posse imo debere veritates, quae nulla analysi ad veritates identicas vel contradictionis principium reducantur, sed infinitam rationum seriem suppedient uni Deo perspectam. Atque eam esse naturam omnium quae libera et contingentia
 25 appellantur, sed

4 comparatione (1) numeris (2) numeri L 4 surdi, (1) vel (2) velut L 7 possunt (1) . Interim quemadmodum Geo (2) ; atque L 9 infinitis (1) verit (2) demonstrationes L 10 infinitae, (1) effugiant (2) | subeunt *erg.* | L 10 eo | (quod implicat contradictionem) *erg. u. gestr.* | non L 11 (quod . . . contradictionem) *erg.* L 11 tamen (1) indivi (2) infallibili L 12 cognoscuntur. (1) It (2) Visio autem (3) Divisi (4) Divina (5) Dei L 12 concipi (1) potest (2) debet L 13 quasi (1) in rebus ille (2) ille . . . distinctis L 13 f. per . . . rationes *erg.* L 14 ipso, (1) tanquam possibiles (2) possibiles quidem (a) in (aa) suae (bb) cogitatione (b) consideratione L 15 autem (1) in (2) | accedente *erg.* | L 15 liberae *erg.* L 16 f. Scientia . . . contingentium *erg.* L 18 difficultatem (1) facile (2) | temere *erg. u. gestr.* | in hoc argumento | temere *erg. u. gestr.* | (a) nasci, (b) nasci posse, L 19 enim | semel *gestr.* | hac L 20 scilicet *erg.* L 22 posse (1) veritates (2) imo L 22 nulla (1) unquam (2) analysi ad (a) identicas, sive ad contradictio (b) veritates L 23 sed (1) analysin (2) abeant in seriem rationum infinitam (3) infinitam L 25–S. 1659.1 appellantur, | (1) locumque et tempus (2) sed maxime (a) ea (b) eorum . . . involvunt *erg.* | L

maxime eorum quae locum et tempus involvunt, ex ipsa infinitate partium universi, rerumque mutua permeatione ac nexu satis supra ostensum est.

327. ORIGO VERITATUM CONTINGENTIUM

[Sommer 1689 (?)]

Die auf dem Wasserzeichen beruhende Datierung läßt sich auch inhaltlich stützen. Die hier aufgezeigte Analogie der Begründung notwendiger bzw. kontingenter Wahrheiten zu der kommensurabler bzw. inkommensurabler Zahlen hat Leibniz zumindest seit 1686 (N. 303) benutzt, um das Freiheitsdilemma aufzulösen. Erneut geschieht dies in den in Italien geschriebenen Aufzeichnungen N. 325 und 326. Da sich bis in einzelne Wendungen hinein Parallelen feststellen lassen (in allen drei Stücken wird z.B. das Romanargument als Beispiel für die Kontingenz angeführt), liegt es auch von hier aus nahe, dieselbe Entstehungszeit anzunehmen. 5 10

327₁. RADIX CONTINGENTIAE EST INFINITUM IN RATIONIBUS

Überlieferung:

L Konzept: LH I 6, 2 Bl. 12. 1 Bl. 4°. 1 S.

E COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 3 (Teildruck).

15

VERITAS

PROPORTIO

1) est praedicatum inesse subjecto

2) ostenditur reddendo rationem

3) quod fit per quandam analysin terminorum

4) in notiones communes utrique.

1) est quantitatem minorem certo modo inesse majori

2) ostenditur explicando habitudinem 20

3) quod fit per quandam analysin terminorum

4) in quantitates communes utrique.

1 partium (*I*) ac substa (2) universi, *L* 17–20 subjecto (*I*) ratio ejus redd (2) ostenditur *L*
 20 explicando (*I*) per qu (2) habitudinem *L* 23 in (*I*) terminos (2) notiones *L* 23 in (*I*) notionem (2)
 mensuram communem (3) partes communes (4) quantitates communes *L*

- | | |
|--|---|
| <p>5) Haec Analysis vel finita est,
vel infinita.</p> <p>6) Si finita sit dicitur
Demonstratio</p> <p>5 7) et veritas dicitur
necessaria,</p> <p>8) reducitur enim ad veritates
identicas,</p> <p>10 9) seu principium contradictionis.</p> <p>10) Sin nunquam perveniatur
ad exhaustionem</p> <p>11) et analysis procedat in infinitum</p> <p>15 12) veritas dicitur contingens</p> <p>13) quae infinitas involvit rationes</p> <p>14) ita tamen ut semper aliquod
sit residuum</p> <p>20 15) cujus iterum quaerenda est ratio</p> <p>16) continuata autem analysi
prodit series infinita</p> <p>17) quae tamen a Deo
perfecte cognoscitur.</p> <p>25 18) Et haec est scientia visionis</p> <p>contenta</p> <p>19) distincta a scientia simplicis
intelligentiae</p> <p>30 20) utraque tamen non experimentalis</p> | <p>5) Haec Analysis vel finita est
vel infinita.</p> <p>6) Si finita sit, dicitur
Inventio maximae communis
mensurae,</p> <p>7) et proportio dicitur
commensurabilium</p> <p>8) reducitur enim ad congruentiam
cum mensura eadem repetita</p> <p>9) seu principium aequalitatis
eorum quae sibi congruunt.</p> <p>10) Sin nunquam perveniatur
ad exhaustionem</p> <p>11) et analysis procedat in infinitum</p> <p>12) proportio est
incommensurabilitatis</p> <p>13) quae infinitos habet quotientes</p> <p>14) ita tamen ut semper aliquod
sit residuum</p> <p>15) novum praebens quotientem</p> <p>16) continuata autem analysi
prodit series infinita</p> <p>17) circa quam Geometra
utique multa cognoscit.</p> <p>18) Et haec est doctrina de numeris
surdis, decimo <i>Elementorum</i></p> <p>19) distincta ab Arithmetica communi</p> <p>20) utraque non experimentis sensuum,</p> |
|--|---|

6 dicitur (1) commensurabilis (2) commensurabilium L 8 ad (1) congruentias (2) congruentiam L
 10 seu (1) pendet ex principio (2) principium contradictionis, L 10 seu (1) pendet ex principio (2)
 principium L 20 15) (1) cujus ope (2) novum L 23 17) (1) de qua (2) quae L

- | | | |
|--|---|---|
| sed a priori habens infallibilitatem
21) neque inter has media datur.
Quam vero vocant Scientiam Mediam
est scientia visionis
contingentium possibilium.
22) Ex his apparet radicem
contingentiae esse
infinitum in rationibus. | sed demonstrationibus innixa
21) neque inter has media datur.

22) Ex his apparet radicem
incommensurabilitatis esse
infinitum in materiae partibus. |

5 |
|--|---|---|

327₂. ORIGO VERITATUM CONTINGENTIUM EX PROCESSU IN INFINITUM

Überlieferung:

*L*¹ Konzept: LH I 6, 2 Bl. 13. 1 Bl. 4^o. 2 S.

*L*² Reinschrift: LH I 6, 2 Bl. 11. 1 Bl. 4^o. 2 S. (Unsere Druckvorlage.)

*E*¹ COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 1 f. (Teildruck nach *L*²).

*E*² GRUA, *Textes*, 1948, S. 325 f. (Teildruck).

Übersetzungen: 1. SCHMIDT, *Fragments*, 1960, S. 420–422 (Teilübersetzung nach *E*¹). 2.

ARIEW-GARBER, 1989, S. 98–101.

10

15

Origo veritatum contingentium ex processu in infinitum
ad exemplum proportionum inter quantitates incommensurabiles

VERITAS

PROPORTIO

- | | | |
|---|---|--|
| praedicatum subjecto,

reddendo rationem
notiones. | est, inesse

quantitatem minorem majori vel
aequalem aequali,
ostenditur
explicando habitudinem
Et eodem lib. XII. cap. 15. *Sublimem quandam esse creaturam tam casto amore cohaerentem Deo vero et vere aeterno, ut quamvis ei coaeterna non sit in nullam tamen temporum varietatem et vicissitudinem ab illo se resolvat ac defluat, sed in ejus solius veracissima contemplatione requiescat. Quoniam tu Deus diligenti te quantum praecipis, ostendis ei te, et sufficis ei, ideo non declinat a te, nec ad se. Haec est domus Dei non 5 terrena, neque ulla coelesti mole corporea, sed spiritualis et particeps aeternitatis tuae, quia sine labe in aeternum, statuisti enim eam in seculum et in seculum seculi, praeceptum posuisti, et non praeteribit. Nec tamen tibi Deo coaeterna, quoniam non sine initio, facta est enim. Nam etsi non invenimus tempus ante illam, prior quippe omnium creata est sapientia, nec utique illa sapientia tibi Deus noster, patri suo coaeterna, et 10 [coaequalis,] per quam creata sunt omnia, et in quo principio fecisti coelum et terram; sed profecto sapientia quae creata est, intellectualis natura scilicet, quae contemplatione luminis lumen est. Dicitur enim et ipsa licet creata sapientia. Sed quantum interest inter lumen quod illuminat et quod illuminatur tantum inter sapientiam quae creat, et istam quae creata est, sicut inter justitiam justificantem et istam quae justificatione facta est. 15 Nam et nos dicti sumus justitia tua. Ait enim quidam servus tuus, ut nos simus justitia Dei in ipso. Ergo quia prior omnium creata est quaedam sapientia, quae creata est mens rationalis et intellectualis castae civitatis tuae, matris nostrae, quae sursum est, et libera est, et aeterna in coelis quibus coelis, nisi qui te laudant coeli coelorum? Quia hoc est et coelum coeli, domino. Etsi non invenimus tempus ante illam, quia et creaturam temporis 20 antecedit, quae prior omnium creata est, ante illam tamen est ipsius creatoris aeternitas, a quo facta sumsit exordium, quamvis non temporis, quoniam nondum erat tempus, ipsius tamen conditionis suae. Unde ita est abs te Deo nostro, ut aliud sit plane quam tu, et non id ipsum. Quoniam etsi non solum ante illam, sed nec in illa invenimus tempus, quia est idonea faciem tuam semper videre, nec uspiam deflectitur ab ea. Quo fit, ut 25 nulla mutatione varietur: inest ei tamen ipsa mutabilitas, unde tenebresceret et frigesceret, nisi*

11 [coaequalis,] *erg.* Hrsg. nach Augustinus

4 f. *diligenti . . . sufficis ei*: vgl. Joh. 14, 21 u. 8. 7 f. *statuisti . . . praeteribit*: Ps. 148, 6.
 9 f. *prior . . . sapientia*: Sir. 1, 4. 11 *per . . . omnia*: vgl. Kol. 1, 16. 11 *in . . . terram*: vgl. Gen. 1, 1.
 16 f. *ut . . . ipso*: vgl. 2. Kor. 5, 21. 18 f. *matris . . . libera est*: vgl. Gal. 4, 26. 19 *aeterna in coelis*: vgl.
 2. Kor. 5, 1. 19 *laudant coeli coelorum*: vgl. Ps. 148, 4. 20 *coelum coeli, domino*: vgl. Ps. 113, 24.
 25 *faciem . . . videre*: vgl. Matth. 18, 10.

amore grandi tibi cohaerens tanquam semper meridies luceret, et ferveret ex te. O domus luminosa et speciosa, dilexi decorem tuum, et locum habitationis gloriae domini mei, fabricatoris et possessoris tui. Tibi suspiret peregrinatio mea, et dico ei qui fecit te, ut possideat et me in te, quia fecit et me. Erravi sicut ovis perdita, sed in humeris pastoris
 5 *mei structoris tui, spero me reportari tibi.*

Porro hanc substantiam spiritualement seu formam primitivam, pariter ac materiam primam non esse rebus ipsis, seu materiis formisque secundis tempore, sed tantum origine priores, explicat eleganter idem S. Augustinus lib. 12. c. 29, quod scilicet materia prima nunquam extiterit tempore aliquo sine aliqua forma. *Cum vero dicit* (inquit) *primo*
 10 *informem deinde formatam, non est absurdum, si modo est idoneus discernere, quid praecedat aeternitate, quid tempore, quid electione, quid origine. Aeternitate sicut Deus omnia; tempore sicut flos fructum, electione sicut fructus florem, origine sicut sonus cantum. In his quatuor primum et ultimum quae commemoravi difficillime intelliguntur, media facillime. Namque rara visio est, et nimis ardua, conspiciere Domine aeternitatem*
 15 *tuam, incommutabiliter mutabilia facientem, et per hoc priorem. Quis deinde sic acuto cernat animo, ut sine labore magno dignoscere valeat, quomodo sit prior sonus quam cantus? Quia cantus est formatus sonus, et esse utique aliquid non formatum potest, formari autem quod non est, non potest. Sic et prior est materies quam id quod ex ea fit. Non ideo prior, quia ipsa efficit, cum potius fiat; nec prior intervallo temporis. Neque*
 20 *enim priore tempore sonos edimus informes sine cantu, et eos posteriore tempore in formam cantici coaptamus aut fingimus, sicut ligna quibus arca, aut argentum quo vasculum fabricatur. Tales quippe materiae tempore etiam praecedunt formas rerum quae fiunt ex ipsis. . . . Nec prior electione, non enim potior sonus quam cantus, quandoquidem cantus est non tantum sonus, verum etiam sonus speciosus. Sed prior est*
 25 *origine quia non cantus formatur ut sonus sit, sed sonus formatur ut cantus sit.*

(: Videtur haec forma prima, nihil aliud esse quam ipsa anima Mundi. Oriuntur animae ex variis modis quibus Deus res considerat. Cum totum ex partibus considerat, fiunt variae corporum animae, cum considerat ex toto, fit anima mundi. Anima mundi omnia in Deo videt. Non tamen omnia novit possibilia. Proficere ergo in contemplando
 30 potest imo profectus ejus et labores sunt ipsae rerum productiones, quas illa figurat, ut Geometrae figuras in pulvere ducunt. Animae aliis perfectiores in infinitum. Quo majus

6 spiritualement (1) pariter ac (2) seu L 8 S. erg. L 28 considerat (1) partes (2) ex L
 29 possibilia. (1) Progre (2) Proficere L

1 f. O . . . mei: vgl. Ps. 25, 8. 4 Erravi . . . perdita: vgl. Ps. 118, 176. 4 f. in . . . tibi: vgl. Luk. 15, 4 f.

corpus est, hoc perfectior caeteris paribus anima est. Totum universum est unum corpus continuum. Neque dividitur, sed instar cerae transfiguratur, instar tunicae varie plicatur. :)

Moderatione opus est in explicanda scriptura sacra, ut cum plures sensus habere potest, qui omnes veritatem continent, quisque eum sequatur qui sibi scripturae verbis 5 propior videtur, non alterum tamen temere rejiciat, cum credibile sit scripturam saepe multos simul sensus habere. Memorabilis est Augustini locus lib. XII. *Confessionum* cap. 24: *Ecce ego quam fidenter dico in tuo verbo incommutabili omnia te fecisse, visibilia et invisibilia, nunquid tam fidenter dico, non aliud quam hoc attendisse Moysen cum scriberet: in principio fecit Deus coelum et terram? Quia non sicut in tua veritate hoc 10 certum video, ita in ejus mente video id eum cogitasse cum haec scriberet. Et subjicit in sequenti capite 25: Cum vero dicit: non hoc sensit ille quod tu dicis, sed quod ego dico: neque tamen negat quod uterque nostrum dicit utrumque verum esse, O vita pauperum Deus meus in cujus sinu non est contradictio, plue mihi mitigationes in cor, ut patienter tales feram, qui non mihi hoc dicunt, quia divini sunt, et in corde famuli tui viderunt 15 quod dicunt, sed quia superbi sunt; nec noverunt Moysi sententiam, sed amant suam non quia vera est, sed quia sua est. Alioquin et aliam veram pariter amarent, sicut et ego amo quod dicunt, quando verum est, non quia ipsorum est, sed quia verum est. Et ideo jam nec ipsorum est, quia verum est. Si autem ideo amant illud quia verum est, jam et ipsorum et meum est, quia in commune omnium est veritatis amatorum. Operae pretium 20 quoque erit verba adjicere egregia quae habet cap. 26. Vellem quippe, inquit, si tunc ego essem Moyses (ex eadem namque massa omnes venimus, et quid est homo, nisi quia memor es ejus?) Vellem ergo si tunc ego essem quod ille, et mihi abs te Geneseos liber scribendus injungeretur, talem mihi eloquendi facultatem dari, et eum texendi sermonis modum, ut neque illi qui nondum queunt intelligere, quemadmodum creat Deus, tanquam 25 excedentia vires suas dicta recusarent: et illi, qui jam hoc possunt, in quamlibet veram sententiam cogitando venissent, eam non praetermissam in paucis verbis tui famuli reperirent: et si alius aliam vidisset in luce veritatis, nec ipsa in iisdem verbis intelligenda deesset. Et cap. 31. Ego certe, quod intrepidus de corde meo pronuntio, si ad culmen auctoritatis aliquid scriberem, sic mallet scribere, ut quod veri quisque de his 30 rebus capere posset, mea verba resonarent, quam ut unam veram sententiam ad hoc apertius ponerem, ut excluderem caeteras, quarum falsitas me non posset offendere.*

6 f. cum . . . habere. *erg. L*

21 adjicere (1) memorabilia (2) | egregia *erg. | L*

10 in . . . terram: Gen. 1, 1. 13 vita pauperum: Sir. 34, 25. 22 f. ex . . . venimus: vgl. Röm. 9, 21; et . . . ejus: Ps. 8, 5.

332₄. CRAPULAE ET EBRIETATIS DISCRIMEN

Überlieferung: L Auszug: LH I 3, 7h Bl. 7. 1 Zettel (4,5 × 8,4 cm). 1 S.

Crapulae et Ebrietatis discrimen

S. Augustinus *Confessionum* lib. X, cap. 31.

5 *Ebrietas longe est a me, misereberis ne unquam appropinquet mihi. Crapula autem nonnunquam surrepit servo tuo, misereberis ut longe fiat a me.*

332₅. SINGULARITER DICTA

Überlieferung: L Auszug: LH I 3, 7h Bl. 9. 1 Bl. 8°. ½ S.

In S. Augustini *Confessionum* libris nuper haec notavi singulariter dicta.

10 Collactaneus lib. 1, c. 7.

conductor lib. 1, cap. 9.

conlector. 1, 17.

primi Magistri a Grammaticis distinguuntur 1, 13.

communiceps 6, 14.

15 Germanitus misericors 3, 2.

obdulcuisses 7, 20.

planetarius 4, 3.

Seductilis 2, 3.

potentatu 2, 6.

20 homines se illo utuntur modo 3, 8.

jucundatus sum 13, 9.

disserenare 13, 15.

333. INCERTI AUTORIS NOTA DE METAPHYSICA EX SENTENTIA AUGUSTINI SCRIBENDA

[1677 bis 1716 (?)]

Überlieferung:

X Aufzeichnung: LH I 3, 7h Bl. 1 u. 16. 1 Bog. 2^o getrennt. 1 $\frac{1}{8}$ Sp. auf Bl. 1. 5
 E GRUA, *Textes*, 1948, S. 560 (Teildruck).

Die Aufzeichnung könnte bald nach seinem Paris-Aufenthalt in Leibniz' Hände gelangt sein, ist aber nicht genauer zu datieren.

Cum his diebus otium aliquod a consuetis laboribus mihi imperasset afflicta paulisper corporis valetudo, legere incepti D. Augustini *Confessionum* libros, antea non 10
 nisi nomine mihi notos, quae lectio tantum animum recreavit, ut summam quam de Augustino ex libris *de Civitate Dei* conceperam opinionem auxerit mirifice. Quamvis enim non ignorem Petrum Castellanum, Episcopum Matissonensem, Magnum Franciae Eleemosynarium, ita inimice insectatum esse hunc Ecclesiae Doctorem,¹ ut eum 15
 bonarum artium magis non ignorantem, quam peritum dici posse praedicaret, adeoque ejus lucubrationes citra fastidium legi vix posse ab homine liberaliter in litteris educato, praeterea linguarum ignorance somniasse frequenter atque etiam delirasse sacra explicando asseveraret; tamen opus ejus

¹ Notat id Petrus Gallandius, Regius Latinarum litterarum Professor, in *vita Petri 20*
Castellani, quam Baluzius A. 1674 in 8^o edidit, c. 27 quod accipiens Baluzius in Praefatione monet, nemini mirum videri debere, quod Castellanus alicubi acerbe et contumeliose in Pontifices Romanos illorum temporum invehatur, etiamsi alioqui de Sedis Apostolicae dignitate magnifice sentiret, et communionem cum ea retinendam esse putavit, cum nec ab Augustino quidem Hipponensi Episcopo se abstinuerit. 25

13 f. Franciae (1) Cancellarium, (2) Eleemosynarium, X 19 tamen (1) si quid recte intelligo, (2) opus X

13–18 P. GALLAND, *Petri Castellani Magni Franciae Eleemosynarii vita*, hrsg. v. E. Baluze, Paris 1674, Praef., Abs. 1; vgl. cap. 27, S. 44 f. (Beginn dieser und andere Stellen im Exemplar Hannover mit Blei angestrichen).

de Civitate Dei doctissimae varietatis, hos vero *Confessionum* libros profundissimae veritatis deprehendisse mihi videor. Et operae quidem pretium esset scribi ab aliquo Metaphysicam ex sententia S. Augustini; uberrimam certe materiam inveniret; neque enim scio utrum argumentum hoc satis pro dignitate tractaverit Benedictus a S. Jacobo
 5 Ferrariensis, Congregationis fratrum Eremitarum Discalceatorum, sacrae Theologiae Lector, cujus *Tomus III. Augustini Philosophiae naturalis complectens ea, quae in libris de anima controvertuntur, verbis et sentiis ejusdem patris contentus et scholiis explicatus* Mediolani in forma, quam XII. vocant, prodiit, sed hactenus a me frustra quaesitus est.

10 334.RANDBEMERKUNGEN UND UNTERSTREICHUNGEN ZU ARNOLD
 GEULINCX, METHODUS INVENIENDI ARGUMENTA
 [1677 bis 1716 (?)]

Überlieferung: *LiH* Marginalien, An- und Unterstreichungen in ARNOLD GEULINCX,
Methodus inveniendi argumenta quae solertia quibusdam dicitur, Leiden 1675: Leibn.
 15 Marg. 229.

Eine genauere Datierung läßt sich nicht begründen.

Den Texten vorangestellt sind in eckigen Klammern die Seitenzahlen der Ausgabe von 1675 und der
Opera philosophica, hrsg. v. J. P. N. Land, Bd 2, Den Haag 1892. Die Unterstreichungen von Leibniz geben
 wir gesperrt wieder. Beginn und Ende von An- und Unterstreichungen mit Bleistift sind durch " "
 20 gekennzeichnet.

Arnoldi Geulincx Antverpiensis, *Methodus Inveniendi Argumenta Quae Solertia Quibusdam dicitur. Nunc novis rursum Typis descripta, et aliquot objectionibus ac responsionibus adversus Ethicam ejusdem authoris, adaucta*. Lugd. Batav. Apud Adrianum Severini. MDCLXXV.¹

25 ¹ Auf dem Vorsatzblatt: p. 2. p. 5. p. 13. p. 25. p. 43. p. 46. p. 64. p. 76. p. 99. p. 100.
 p. 20. p. 27. p. 49.

25 p. 76. | p. 20. p. 27. 49. gestr. | p. 99. L

[p. 1–3 / 5 sq.] Cap. I. De Vero et Falso.

Principia seu communes notiones. Commentarius. . . . 「Quaedam etiam inter hasce Communes Notiones, vulgo *fatua*² vocantur: solent enim imperiti pro fatuis habere ea omnia, quae valde clara et simplicia sunt: gaudent nempe cogitationibus obscuris et perplexis: ̀ in quibus cum jugiter periculum errandi subsit, merito dictum est, *Populus* 5 *vult decipi*.

Quamvis autem Principiis omnibus hoc commune sit, quod ratione, qua probentur, non indigeant; saepe tamen alia quaedam 「adminicula, ̀ quibus in animum illabantur, non respuunt: velut 「expositionem ̀ (sunt enim quasi Oracula quaedam, quae abrupta sua brevitate subinde sunt obscura), exemplum (sunt enim saepe nimis abstracta, 10 adeoque exempli alicujus apta incorporatione, familiaria nobis, qui et ipsi incorporati sumus, ac velut analogia redduntur) 「Rationem indirectam ̀ (haec enim militat, et Intellectum oscitantem alias, ac velut indormiscentem ferit et excitat: vide sis *Logicam* meam part. ult. sect. ult. cap. 11.) 「Praejudiciorum refutationem ̀ (haec enim velut nebulae quaedam atrae, coelum illud splendidae veritatis Intellectui tegunt et 15 obducunt) 「Inculcationem ̀ denique, et sub alia forma verborum, Repetitionem (sic enim Intellectus, qui volubili sua levitate, Principia transmitteret, detinetur, et altius in eorum contemplatione defigitur.) . . .

[p. 4 / 6] Principium Generale 1. *Aliquid est*.

[p. 5 / 7] Principium Generale 2. *Multa sunt, et sine fine*. 20

. . . Est etiam hoc Principium ordine prius iis, quae passim a Metaphysicis circumferuntur, quaeque mox subjiciemus, *Quidlibet est vel non est: Impossibile est idem, etc.* cum illa Principia supponant multa³ seu res multas: . . .

[p. 6 / 7] Principium Generale 3. *Quidlibet est, quod est*.

Commentarius. Hoc Principium clare supponit⁴ secundum: Cum enim res 25 multae sint, profecto unaquaeque earum est quod est. Hoc etiam est unum ex iis quae 「ab imperitis *fatua*⁵ vocantur ̀: et sane omnia, quae hoc Principio nituntur, fatua

² *Am Rande*: p. 6.

³ *Am Rande*: 𐀀

⁴ *Am Rande*: 𐀀

⁵ *Am Rande*: p. 2. 30

vocant, ut *A. est A. lapis est lapis, etc.* cum tamen in sacris legatur 「Deus ipse sibi tale aliquod nomen fecisse, dicens⁶ *ego sum, qui sum*; sed nempe sapientia Dei est stultitia coram hominibus.⁷

[p. 7 sq. / 8] Principium Generale 5. *Quidlibet est vel non est.*

- 5 Commentarius. Vulgus tales phrases et loquendi formulas circumfert, quibus huic Principio derogent, nisi benigne interpreteris, et in meliorem partem dicta eorum accipias . . . Alioqui satis noverunt illi ipsi, phrasim suam in rigore non subsistere; sed hoc⁷ ipso elegantiam aliquam spirare vulgo creditur: cum enim falsum et absurdum prae se ferat; intus tamen et velut in recessu veritatem aliquam continet, quo ceu lusu
10 quodam et fallacia, populus admodum delectatur.

[p. 10 sq. / 10] Definitiones.

Commentarius. . . . Ex dictis patet quod Definitio etiam nitatur isto Postulato: *Detur cuicumque rei nomen imponere quodcumque*: quod Postulatum aequissimum est, et concedendum⁸ omnino iis qui scientificos tractatus instituunt . . .

- 15 [p. 13 sq. / 10 sq.] Definitio 2. *Verum est dictio, quae dicit esse, quod est: seu est dictio quae dicit esse, et totum id est, quod esse dicit.*

- Commentarius. . . . Et generatim in iis quae positiva sunt, idem est simpliciter esse, et purum esse: sic esse aurum, et esse purum aurum, idem sunt (nam impurum aurum non est aurum, sed aurum et scoria) esse vinum, et esse purum
20 vinum, idem sunt (nam vinum impurum non est vinum; sed vinum et aqua, aut alia quaedam miscella) esse rectum, et esse pure rectum, idem sunt (nam rectum cum curvo mixtum, non est rectum sed curvum) et sic Verum, ac pure Verum, idem sunt: nam si vel tantilla falsitas admixta fuerit, non erit verum, sed falsum.

[p. 16 / 12] Principium speciale 2. *Dicens, id dicit, quod dicit.*

- 25 Commentarius. . . . Nobis interim haec et similia Principia serviunt ad demonstrandum Propositiones utilissimas: et nominatim hoc Principium speciale secundum concurrat ad demonstrandum Effatum duodecimum hoc capite: Effatum, et mirum, et in rebus Logicis utilitatis oppido magnae.

⁶ dicens . . . sum *am Rande mit Tinte angestrichen.*

30 ⁷ hoc . . . creditur *erst mit Bleistift, dann mit Tinte unterstrichen*

⁸ *Am Rande: ¶*

Principium speciale 3. *Quae, vel aliud, vel de aliis dicunt, aliae dictiones sunt.*

[p. 20 / 14] Principium speciale 7. *Cum alterum horum duorum esse debet: et si hoc horum duorum est, tunc hoc istorum duorum sit; et si illud horum duorum est, tunc illud istorum duorum sit, etiam alterum istorum duorum esse debebit.*

Commentarius. Principium in se clarissimum est; adhaeret tamen ei velut extrinsecus obscuritas aliqua ex verborum recurso et ambage; quae ab illo, quatenus Axioma quoddam est, certa verborum formula circumscriptum, tolli nec debet, nec potest; Absolute tamen loquendo, facile detergetur illa obscuritas; non quidem Demonstratione (demonstrari⁹ enim non potest, nec ullam rationem se priorem agnoscit) sed expositione et Exemplo, quae sensum ejus declarent modo: qua declaratione facta, nulla prorsus indigere probatione comperitur.

[p. 21 sq. / 15] Postulata.

Commentarius. . . . Cur ergo Postulata a Principiis sejunguntur? Respond. quia humanitatis est,¹⁰ cum jure tuo Principia posueris, et velut Dictaturam exercueris, aliquid remittere de forma rigoris, non omnia extorquere, aliquid Legenti arbitrandum relinquere, aliquid petere, quod impetrabis.

Postulatum 1. *Detur cuicumque rei inventae, nomen imponere quodcumque:*¹¹ *Atque nomen illud inter loquendum pro re illa usurpare.*

[p. 23–25 / 16] Postulatum 2. *Da quidlibet supponam.* 3. *Dicam esse* 4. *Dicam non esse*

Commentarius. . . . Qui igitur negaverit *Deum esse crudelem*, is in ipso actu negationis, seu potius praevis ad illum actum posuit *Deus est crudelis*, atque hoc pie negando evertit: unde in ipso actu negandi expresse Affirmatio illa reperitur (consule quae dixi cap. 1. in *Logica* mea) non id valens quidem, quod alibi et seorsim posita valeret, sed saltem supposita.

[p. 26 sq. / 17 sq.] Effata Logica.

Commentarius. . . . Quod nos in Logica Effatum, id in Mathesi solent vocare *Propositionem*; Nos vero nomine *Propositionis* certam partem Demonstrationis malumus intelligere, ut mox patebit. . . . Problema igitur est Propositio, quae continet Potentiam, demonstratur autem a posteriori per unum ejus Actum: v.g. *super data recta*

⁹ *Am Rande:* ¶

¹⁰ *Am Rande:* alia ratio. Postulata respondent problematibus

¹¹ *Am Rande:* ¶

*linea triangulum equilaterum constituere, quod est Problema Geometriae primum apud Euclidem, hunc sensum habet, Potest super data, etc. constitui triang. aequilat: Atque illud Posse per unum Actum demonstratur,*¹² *seu per unum triangulum aequilaterum, qui sic constitutus sit; . . .*

5 [p. 29 / 18] Eorumque Demonstrationes.

Commentarius. . . . Demonstratio Effati alicujus, quatuor complectitur:

Suppositionem, Propositionem, Rationem, et Conclusionem: . . .

[p. 42 / 25] Effatum 12.¹³ quod et Theor. *Omnis enunciatio dicit se esse veram.*

[p. 43 sq. / 25] Effatum 13. quod et Theor. *Enunciatio, si se falsam esse*
10 *dicit, falsa est. . . .*

Commentarius. Hinc patet Falsificantes omnes, quibus se, tamquam abstrusissimis argutiis jactant et fatigant Scholastici, falsas et impossibiles esse: ut *ego loquor falsum*, hoc ipsum nempe dicendo, . . .

[p. 45 sq. / 26 sq.] Cap. II. De Antecedente et Consequente.

15 Definitio. 2. *Consequens est enunciatio, cujus totum quod esse dicit, esse dicitur ab alia enunciatione, Diciturque Consequens alius illius enunciationis: Atque ex illa alia enunciatione inferri: Itemque ex illa, vel ad illam sequi dicitur.*

Commentarius. Obiter monendum hic, *A. est A. vel B.*,¹⁴ non inferre, *A. est B.* . . .

20 [p. 48 sq. / 28] Effatum 1. quod et Problema. *Dare Antecedens et Consequens ejus.*

Demonst. pars prior. *Supp.* Sit enunciatio *c. I. e. i.* quaecumque, *c. I. e. I. a.*, nempe *A. c. I. b. I.*, et dicamus de *A.*, quod sit vera *c. I. b. 3.* et dictionem, qua hoc nude dixerimus, *b.*, vocemus *B.*, *c. I. b. I. Prop.* Dico quod *A.*, sit Antecedens, ipsius *B.*, *c. I. b. I. a.*¹⁵ *Rat.* Quia *A.* dicit *A.* (id est se ipsam) esse veram, *c. I. e. 12.*, Atqui *B.* non aliud
25 dicit, quam *A.* esse veram, *juxta supp. Concl.* Igitur. *A.* dicit totum quod dicit *B.*, seu *A.* est antecedens, ipsius *B. d. I.*

[p. 57–59 / 33] Effatum 6. quod et Theo. *Si enunciatione aliqua existente vera, necessum fuerit aliam aliquam enunciationem esse veram, prior inferet posteriorem. . . .*

30 Commentarius. . . . Ex quo hoc liquet dignum notatu, quod effatum secundum se spectatum, et idem effatum, pro ut demonstrationi subjicitur, possit habere aliud atque

¹² *Am Rande:* desiderantur constructiones generales v. p. 49

¹³ *Am Rande:* v. p. 16

¹⁴ *Am Rande:* haec semper vera

¹⁵ *Am Rande:* Haec constructio est nimis specialis add. p. 27

aliud Conversum: Quibus et tertium Conversum addo, quod voco *Soritice Conversum*. De quo dicam infra cap. 3.

[p. 86 sq. / 46] Cap. III. De Negante et Negato.

Effatum 19. quod et Theor. *Ex contradictione Consequentis sequitur Contradictio Antecedentis*. . . .

5

Commentarius. Atque hic jactum est fundamentum Conversionis Soriticae (ut eam ego voco) quam in quolibet Theoremate exercere licet: et in eo sita est, quod ex Contradictione Consequentis inferatur Contradictio Antecedentis; adeoque novum Theorema condatur, constans Contradictione Consequentis, ut Antecedente, et Contradictione Antecedentis, ut Consequente: . . .

10

[p. 99 / 50] Cap. IV. *De Alternis et Subalternis*.

. . . Effatum 2. quod et Theo. *Contradictiones Alternarum, Alternae sunt*.

[p. 100 / 52] Effatum 3. quod et Theo. *Si ex certa aliqua enunciatione sequatur alia enunciatio, et ex contradictione prioris enunciationis etiam sequatur Contradictio posterioris enunciationis, Alternae erunt istae enunciationes*.

15

335. ZU DESCARTES' OPERA PHILOSOPHICA

[1677 bis 1687 (?)]

Überlieferung:

LiH Marginalien und Unterstreichungen in R. DESCARTES, *Opera philosophica, Editio Secunda ab Auctore recognita*, Amsterdam 1650: Leibn. Marg. 6.

20

E ROBINET, *Malebranche et Leibniz*, 1955, S. 247 f. (Nur N. 335₁)

Wir wissen nicht, wann Leibniz in den Besitz der Werkausgabe Descartes' gekommen ist. Zwar hatte er schon in seiner Mainzer Zeit 1671 ein Exemplar der *Opera philosophica* Descartes' erworben, es jedoch vermutlich in Mainz zurückgelassen (vgl. VI, 3 N. 15). Daher läßt sich der Zeitraum, in dem die Lektüre – möglicherweise zu verschiedenen Zeiten – stattgefunden hat, nicht näher eingrenzen. Jedenfalls hat sich Leibniz verstärkt zwischen 1683 und 1686 – auch öffentlich (vgl. N. 141 und 369) – mit Descartes befaßt. Schon in Paris 1675/76 hat er die Stoßgesetze Descartes' aus dem 2. Teil der *Pricipia philosophiae* exzerpiert (VI, 3 N. 15), die Randbemerkungen dazu (N. 335₁), dürften aber wegen des Vergleichs mit Malebranche im Zusammenhang mit der ab 1687 in den *Nouvelles de la Republique des Lettres* geführten Diskussion (vgl. N. 371) stehen. Daher nehmen wir 1687 als Ende unseres Datierungszeitraumes an.

25

30

Dem Text vorangestellt sind in eckigen Klammern die Absatzzählungen bzw. die Seitenzahlen der Edition von 1650 und die Seitenzahlen der *Oeuvres de Descartes*, hrsg. v. Ch. Adam u. P. Tannery. Leibniz' Marginalien sind als Fußnoten, seine Unterstreichungen durch Sperrung wiedergegeben.

335₁. PRINCIPIA PHILOSOPHIAE, PARS SECUNDA, RANDBEMERKUNGEN

[XLVII / 8, 68] Secundo, si *B* esset tantillo major quam *C*,¹ caeteris positus prius, tunc solum *C* reflecteretur, et utrumque versus sinistram eadem celeritate moveretur.

[XLVIII / 8, 68] Tertio,² si mole essent aequalia, sed *B* tantillo celerius moveretur
 5 quam *C*, non tantum ambo pergerent moveri versus sinistram, sed etiam transferretur ex *B* in *C*, media pars celeritatis qua hoc ab illo excederetur: hoc est, si fuissent prius sex gradus celeritatis in *B*, et quatuor tantum in *C*, post mutuum occursum unumquodque tenderet versus sinistram, cum quinque gradibus celeritatis.

[XLIX / 8, 68] Quarto,³ si corpus *C* plane quiesceret, essetque paulo majus quam *B*,
 10 quacunque cum celeritate *B* moveretur versus *C*, nunquam ipsum *C* moveret; sed ab eo repelleretur in contrariam partem: quia corpus quiescens magis resistit magnae celeritati quam parvae, idque pro ratione excessus unius supra alteram; et idcirco semper major esset vis in *C* ad resistendum, quam in *B* ad impellendum.

[L / 8, 69] Quinto,⁴ si corpus quiescens *C*, esset minus quam *B*, tunc quantumvis
 15 tarde *B* versus *C* moveretur, illud secum moveret, partem scilicet sui motus ei talem transferendo, ut ambo postea aequè celeriter moverentur: nempe si *B* esset duplo majus quam *C*, transferret ipsi tertiam partem sui motus, quia una illa tertia pars tam celeriter moveret corpus *C*, quam duae aliae residuae, corpus *B* duplo majus.

[LI / 8, 69] Sexto,⁵ si corpus *C* quiescens, esset accuratissime aequale corpori *B*
 20 versus illud moto, partim ab ipso inpelleretur, et partim ipsum in contrariam partem repelleret: nempe si *B* veniret versus *C*, cum quatuor gradibus celeritatis, communicaret ipsi *C* unum gradum, et cum tribus residuis reflecteretur versus partem adversam.

[LII / 8, 69] Denique,⁶ si *B* et *C* versus eandem partem moverentur, *C* quidem

¹ *Am Rande*: Miror casum ommissum cum corpora inaequalia inaequalibus
 25 celeritatibus in oppositas partes moventur.

² *Am Rande*: Malebranchius tres priores regulas approbat.

³ *Am Rande*: Malebranchius vult corpora simul ire post concursum, eadem qua ante, motus quantitate.

⁴ *Am Rande*: Hanc approbat Malebranchius.

30 ⁵ *Am Rande*: Malebranchius vult ambo simul pergere dimidia celeritate.

⁶ *Am Rande*: Malebranchius vult generaliter quicumque celeritatum excessus sit ambo post concursum simul ire, eadem qua ante celeritate.

tardius, *B* autem illud insequens celerius, ita ut ipsum tandem attingeret, essetque *C* majus quam *B*; sed excessus celeritatis in *B* esset major, quam excessus magnitudinis in *C*, tunc *B* transferret tantum de suo motu in *C*, ut ambo postea aeque celeriter, et in easdem partes moverentur. Si autem e contra excessus celeritatis in *B*, minor esset quam excessus magnitudinis in *C*, *B* in contrariam partem reflecteretur, et motum omnem suum 5 retineret.

335₂. DISSERTATIO DE METHODO, RANDBEMERKUNGEN UND UNTERSTREICHUNGEN

[p. 29 / 6, 33] Et quia notabam nihil plane contineri in his verbis, *Ego cogito, ergo sum*, quod me certum redderet eorum veritatis, nisi quod manifestissime viderem fieri 10 non posse ut quis cogitet nisi existat, credidi me pro regula generali sumere posse, omne id quod valde dilucide et distincte concipiebam verum esse; Et tantummodo difficultatem esse nonnullam, ad recte advertendum quidnam sit quod distincte percipimus.

[p. 79 sq. / 6, 96–98] Hinc progrediamur ad refractionem: et primo fingamus, pilam 15 ab *A* ad *B* expulsam offendere, non terram, sed linteum *CBE*, tam tenue ut illud facillime forare, et impetu suo perrumpere possit, amissa tantum velocitatis suae parte, ex gr. dimidia. Quo posito ut cognoscamus quam viam insistere debeat, consideremus denuo, motum illius non eundem esse cum dispositione qua potius huc quam illuc fertur; Unde sequitur singulorum quantitates separatim examinandas. Consideremus itidem, ex duabus 20 partibus, quibus hanc dispositionem constare scimus, alteram tantum per linteum occursum mutari posse; hanc scilicet quae deorsum pilam agebat. Illa vero qua dextrorsum ferebatur, constans et inviolata manebit; nam linteum expansum hoc respectu nullo modo illi oppositum est. Deinde ducto circulo *AFD* ex centro *B*, et impositis *CBE*, ad perpendicularum, tribus lineis rectis *AC*, *HB*, *FE*, hac ratione, ut spatium interjacens *FE* et 25 *HB*, duplum illius sit, quod est inter *HB* et *AC*, videbimus hanc pilam ituram ad punctum *I*. Quum enim perrumpendo linteum *CBE*, dimidiam suae velocitatis partem amittat, duplum temporis ei impendendum est, ut infra ex⁷ *B*, ad aliquod punctum

⁷ *Leibniz streicht: ex*

circumferentiae AFD pertingat, ejus quod insumsit superne, ut accederet ab A ad B . Et quum nihil ex dispositione, qua dextrorsum ferebatur, intereat, in duplo istius temporis quo a linea AB ⁸ devenit ad HB , duplum ejusdem itineris in eandem partem conficere debet, et consequenter accedere ad aliquod punctum rectae FE , eodem
 5 momento quo accedit ad aliquod circumferentiae circuli AFD , quod factu impossibile foret, nisi progrediretur ad I . Nam in unico illo puncto recta FE , et circulus AFD , sub linteo sese invicem secant.

[p. 144 sq. / 6, 168 sq.] Praeterea etiam sciendum, si per hoc punctum B , duas rectas $L B G$, et $C B E$ ducamus, quae se mutuo ad angulos rectos intersecant, et quarum altera
 10 $L G$, angulum $H B I$, in duas partes aequales dividat,⁹ alteram $C E$ hanc ellipsin contacturam in puncto B , ita ut ipsam non secet; cujus demonstrationem hic addere supersedeo, quoniam Geometrae jam satis illam sciunt, et alii non sine taedio illi percipiendae incumberent. Sed quod imprimis hic explicare statui, tale est. Si ex hoc eodem puncto B , extra ellipsim proferamus rectam lineam BA , parallelam maximae
 15 diametro DK , et illa BA aequali sumpta lineae BI , ex punctis A et I , in LG duas perpendiculares AL et IG statuamus, hae duae posteriores AL et IG , eandem rationem ad invicem habebunt, quam DK et HI . Adeo ut si linea AB sit luminis radius, et haec Ellipsis DBK , in superficie corporis solidi pellucidi existat, per quod juxta ea quae supra diximus, radii facilius quam per aërem transeant, eadem proportionem, qua linea DK , altera HI
 20 major est: hic radius AB ¹⁰ ita detorquebitur in puncto B , a superficie corporis hujus pellucidi, ut inde digressurus sit versus I .¹¹ Et quoniam hoc punctum B pro arbitrio in Ellipsi assumptum est, omnia quae hic de radio AB dicuntur, in universum de omnibus intelligi debent, qui paralleli axi DK , in aliquod punctum hujus ellipsis cadunt; scilicet omnes ibi ita detortum iri, ut inde digressi coeant in puncto I .

25 ⁸ *Leibniz korrigiert: AC*

⁹ *Leibniz markiert die Winkel HBG und GBI in der ersten Figur.*

¹⁰ *nach AB: incidens in convexam superficiem Ellipticam DBK*

¹¹ *nach I: Unde etiam si radius FB maximae diametro parallelus incidat in concavam superficiem Ellipticam DBK, detorquebitur ex B versus M perinde ac si veniret ex I.*

30 *Nam si AB refringitur a CE in BI; utique et FB refringetur a CE in BM posito CBF, et IBM esse rectas. adde infra p. 154. artic. 12.*

28 etiam (I) vicissi (2) si LiH

29 Den Punkt M auf der Geraden BO hat Leibniz in die Figuren der *Opera* (p. 144 f., A.T. VI, S. 179 f.) eingetragen.

[p. 154 / 6, 179 sq.] Hinc etiam notemus si ex eodem puncto *B*, ad interiora Hyperboles rectam *BA*, parallelam axi *DK* ducamus, et simul per idem punctum *B*, lineam *LG*, ad angulos rectos secantem *CE* proferamus, et deinde sumpta *BA* aequali *BI*, a punctis *A* et *I* duas perpendiculares in *LG* mittamus: has duas posteriores *AI* et *IG*, eandem proportionem inter se habituras, quam duae *DK* et *HI*. Et consequenter si hanc 5 Hyperboles figuram vitro dederimus; cujus refractiones metimur per proportionem, quae inter lineas *DK* et *HI*, illam omnes radios axi suo in hoc vitro parallelos, extrinsecus collecturam in puncto *I*, saltem si convexum¹² sit hoc vitrum; nam¹³ si concavum,¹⁴ alios alio disperget, tanquam si venirent ex hoc puncto *I*.¹⁵ ¶

335₃. MEDITATIONES DE PRIMA PHILOSOPHIA ATQUE OBJECTIONES VARIAE, UNTERSTREICHUNGEN

10

[p. 16 / 7, 37] Nulla etiam in ipsa voluntate, vel affectibus falsitas est timenda, nam quamvis prava, quamvis etiam ea quae usquam sunt possim optare, non tamen ideo non verum est illa me optare, ac proinde sola supersunt judicia in quibus mihi cavendum est ne fallar; praecipuus autem error et frequentissimus qui possit in illis reperiri consistit 15 in eo quod ideas, quae in me sunt, iudicem rebus quibusdam extra me positis similes esse, sive conformes: . . .

[p. 19 / 7, 41 sq.] Nec etiam debeo suspicari cum realitas quam considero in meis ideis sit tantum objectiva, non opus esse ut eadem realitas sit formaliter in causis istarum idearum, sed sufficere si sit in iis etiam objective; nam quemadmodum iste modus 20 essendi objectivus competit ideis ex ipsarum natura, ita modus essendi formalis competit idearum causis, saltem primis et praecipuis, ex earum natura: et quamvis forte una idea ex alia nasci possit, non tamen hic datur progressus in infinitum, sed tandem ad

¹² *Leibniz korrigiert*: concavum

25

¹³ *Am Rande*: ¶

¹⁴ *Leibniz korrigiert*: convexum

¹⁵ Hoc probandum itidem erat, patet autem ex eo quod *FB* incidens in *CE* dat *BM* reflexione, ut *AB* incidens in *CE* dedit *BI* reflexione, adde supra p. 145. artic. 2. 3.

29 Leibniz erweitert die entsprechende Figur (p. 154, A.T. VI, S. 179 f.) an zwei Stellen in Anlehnung an die Figur auf p. 144 (A.T. VI, S. 168 f.) durch punktierte Verlängerung der Geraden *IB* bis *M* und der Geraden *AB* bis *F*.

aliquam primam debet deveniri, cujus causa sit instar archetypi in quo omnis realitas formaliter contineatur quae est in idea tantum objective; adeo ut lumine naturali mihi sit perspicuum ideas in me esse veluti quasdam imagines, quae possunt quidem facile deficere a perfectione rerum a quibus sunt desumptae, non autem quicquam majus aut
5 perfectius continere . . .

[p. 19 sq. / 7, 43] Quantum autem ad ideas rerum corporalium, nihil in illis occurrit quod sit tantum ut non videatur a me ipso potuisse proficisci; nam si penitus inspiciam, et singulas examinem eo modo quo heri examinavi ideam cerae: animadverto perpauca tantum esse quae in illis clare et distincte percipio, nempe magnitudinem sive
10 extensionem in longum, latum, et profundum; figuram quae ex terminatione istius extensionis exurgit; situm quem diversa figurata inter se obtinent; et motum, sive mutationem istius situs; quibus addi possunt substantia, duratio, et numerus: caetera autem ut lumen, et colores, soni, odores, sapor, et frigus aliaeque tactiles qualitates, nonnisi valde confuse et obscure a me cogitantur, adeo ut etiam ignorem an
15 sint verae, vel falsae, hoc est an ideae quas de illis habeo sint rerum quarundam ideae, an non rerum: quamvis enim falsitatem proprie dictam sive formalem nonnisi in judiciis posse reperiri paulo ante notaverim, est tamen profecto quaedam alia falsitas materialis in ideis, cum non rem tanquam rem repraesentant: . . .

[p. 20 sq. / 7, 45] Caetera autem omnia ex quibus rerum corporearum ideae
20 conflantur, nempe extensio, figura, situs, et motus, in me quidem, cum nihil aliud sim quam res cogitans, formaliter non continentur; sed quia sunt tantum modi quidam substantiae, ego autem substantia, videntur in me contineri posse eminenter.

[p. 23 / 7, 49 sq.] Imo, ut jam ante dixi, perspicuum est tantumdem ad minimum esse debere in causa quantum est in effectus; et idcirco cum sim res cogitans, ideamque
25 quandam Dei in me habens, qualiscunque tandem mel causa assignetur, illam etiam esse rem cogitantem, et omnium perfectionum quas Deo attribuo, ideam habere fatendum est; potestque de illa rursus quaeri an sit a se, vel ab alia; nam si a se, patet ex dictis illam ipsam Deum esse, quia nempe cum vim habeat per se existendi, habet proculdubio etiam vim possidendi actu omnes perfectiones quarum ideam in se habet, hoc est omnes quas
30 in Deo esse concipio. Si autem sit ab alia, rursus eodem modo de hac altera quaeratur an sit a se, vel ab alia, donec tandem ad causam ultimam deveniatur quae erit Deus. Satis enim apertum est nullum hic dari posse progressum in infinitum, praesertim cum non tantum de causa, quae me olim produxit, hic agam, sed maxime etiam de illa quae me tempore praesenti conservat.

[p. 31 / 7, 63 sq.] Nempe distincte imaginor quantitatem, quam vulgo Philosophi appellant continuam, sive ejus quantitatis aut potius rei quantae extensionem in longum, latum, et profundum; numero in ea varias partes; quaslibet istis partibus magnitudines, figuras, situs, et motus locales, motibusque istis quaslibet durationes assigno. Nec tantum illa sic in genere spectata mihi plane nota et perspecta sunt, sed praeterea etiam particularia innumera de figuris, de numero, de motu, et similibus attendendo percipio, quorum veritas adeo aperta est, et naturae meae consentanea, ut dum illa primum detego, non tam videar aliquid novi addiscere, quam eorum quae jam ante sciebam reminisci, sive ad ea primum advertere quae dudum quidem in me erant, licet non prius in illa obtutum mentis convertissem.

[p. 33 / 7, 67 sq.] Nam quamvis non necesse sit ut incidam unquam in ullam de Deo cogitationem, quoties tamen de ente primo, et summo libet cogitare, atque ejus ideam tanquam ex mentis meae thesauro depromere, necesse est ut illi omnes perfectiones attribuiam, etsi nec omnes tunc enumerem, nec ad singulas attendam: quae necessitas plane sufficit ut postea, cum animadverto existentiam esse perfectionem, recte concludam ens primum et summum existere: . . .

[p. 40 / 7, 79 sq.] . . . atqui cum Deus non sit fallax, omnino manifestum est illum nec per se immediate istas ideas mihi immittere, nec etiam mediante aliqua creatura in qua earum realitas objectiva non formaliter, sed eminenter tantum contineatur. Cum enim nullam plane facultatem mihi dederit ad hoc agnoscendum sed contra, magnam propensionem ad credendum illas a rebus corporeis emitti, non video qua ratione posset intelligi ipsum non esse fallacem, si aliunde quam a rebus corporeis emitterentur: Ac proinde res corporeae existunt. . . .

Quantum autem attinet ad reliqua quae vel tantum particularia sunt, ut quod sol sit talis magnitudinis, aut figurae etc. vel minus clare intellecta, ut lumen, sonus, dolor, et similia, quamvis valde dubia et incerta sint, hoc tamen ipsum quod Deus non sit fallax, quodque idcirco fieri non possit ut ulla falsitas in meis opinionibus reperiatur, nisi aliqua etiam sit in me facultas a Deo tributa ad illam emendandam, certam mihi spem ostendit veritatis etiam in iis assequendae.

[p. 41 / 7, 81] Docet etiam natura per istos sensus doloris, famis, sitis, etc. Me non tantum adesse meo corpori ut nauta adest navigio, sed illi arctissime esse conjunctum, et quasi permixtum, adeo ut unum quid cum illo componam; alioqui enim cum corpus laeditur, ego, qui nihil aliud sum quam res cogitans, non sentirem idcirco dolorem, sed puro intellectu laesionem istam perciperem, ut nauta visu percipit si quid in nave frangatur; et cum corpus cibo, vel potu indiget, hoc ipsum expresse

intelligerem, non confusos famis et sitis sensus haberem. Nam certe isti sensus sitis, famis, doloris, etc. Nihil aliud sunt quam confusi quidam cogitandi modi ab unione et quasi permixtione mentis cum corpore exorti.

[p. 76 / 7, 143] Quinimio etiam, quod majus est, ab ipso naturali instinctu, qui nobis
5 a Deo tributus est, interdum nos realiter falli videmus, . . . sed qua ratione id cum Dei bonitate, vel veracitate non pugnet, in sexta Meditatione explicui.

In iis autem quae sic non possunt explicari, nempe in maxime claris, et accuratis nostris judiciis, quae si falsa essent, per nulla clariora, nec ope ullius alterius facultatis possent emendari, plane affirmo nos falli
10 non posse.

[p. 83 / 7, 156] Synthesis e contra per viam oppositam, et tanquam a posteriori quaesitam (etsi saepe ipsa probatio sit in hac magis a priori quam in illa) clare quidem id quod conclusum est demonstrat, utiturque longa definitionum, petitionum, axiomatum, theorematum, et problematum serie, . . .

[p. 85 / 7, 160 sq.] II. *Ideae* nomine intelligo cujuslibet cogitationis formam illam, per cujus immediatam perceptionem ipsius ejusdem cogitationis conscius sum; adeo ut nihil possim verbis exprimere intelligendo id quod dico, quin ex hoc ipso certum sit in me esse ideam ejus quod verbis illis significatur. . . .

III. *Per realitatem objectivam ideae* intelligo entitatem ¹⁶ rei repraesentatae per
20 ideam, quatenus est in idea: eodemque modo dici potest perfectio objectiva, vel artificium objectivum, etc. Nam quaecumque percipimus tanquam in idearum objectis ea sunt in ipsis ideis objective.

[p. 178 / 8, 346 sq.] Adverto in titulo, non nudas assertiones de anima rationali sed ejus explicationem promitti; adeo ut credere debeamus, omnes rationes, vel saltem
25 praecipuas, quas author habuit, ad ea, quae proposuit, non tantum probanda, sed etiam explicanda, in hoc programme contineri: Nullasque alias ab ipso esse expectandas. Quod autem *animam rationalem* nomine *mentis humanae* appellet, laudo: sic enim vitat aequivocationem, quae est in voce animae, atque me hac in re imitatur.

30 *In articulo primo*, videtur velle istam animam rationalem *definire*, sed imperfecte: genus enim omittit, quod nempe sit substantia, vel modus, vel quid aliud; solamque exponit differentiam, quam a me mutuatus est: nemo enim ante me, quod sciam, illam in sola cogitatione, sive cogitandi facultate, ac interno principio (supple ad cogitandum) consistere asseruit.

35 ¹⁶ *Darüber*: possibilitatem

[p. 179 / 8, 348] . . . primus enim sum, qui cogitationem tanquam praecipuum attributum substantiae incorporeae, et extensionem tanquam praecipuum corporaeae, consideravi. Sed non dixi, attributa illa iis inesse tanquam subjectis a se diversis: cavendumque est, ne per *attributum* nihil hic aliud intelligamus quam modum: nam quicquid alicui rei a natura tributum esse cognoscimus, sive sit modus qui 5 possit mutari, sive ipsamet istius rei plane immutabilis essentia, id vocamus ejus *attributum*.

335₄. OBJECTIONES QUINTAE ET SEPTIMAE, UNTERSTREICHUNG

[p. 43 / 7, 325] Et quamvis dicas *tam existentiam, quam perfectiones caeteras in idea entis summe perfecti comprehendendi*, id dicis, quod probandum est, et conclusionem 10 pro principio assumis. Nam etiam alioquin dicerem in idea Pegasi perfecti contineri, non tantum perfectionem illam, quod habeat aleas; sed etiam illam, quod existat.

335₅. PASSIONES ANIMAE, RANDBEMERKUNGEN UND UNTERSTREICHUNGEN

15

[p. 16 / 11, 351] Sed ut haec perfectius intelligantur, oportet scire animam esse revera junctam toti corpori, nec¹⁷ posse proprie dici eam esse in quadam parte ejus, exclusive ad alias, quia id unum est, et quodammodo indivisibile ratione dispositionis suorum organorum, quae omnia ita ad se mutuo referuntur, ut quodam ex illis ablato reddatur totum corpus mancum ac defectivum. 20

[p. 26 / 11, 368 sq.] Prodest vero hic scire, quod ut jam supra dictum fuit, etsi unusquisque motus glandulae videatur connexus esse per naturam singulis ex nostris cogitationibus ab initio nostrae vitae, aliis tamen per habitum jungi possint: Ut experientia ostendit in verbis quae excitant motus in glande, quae secundum institutionem 25

¹⁷ nec . . . alias *am Rande mit Bleistift angestrichen*.

naturae nihil animae repraesentant praeter suum sonum cum voce proferuntur, aut figuram suarum literarum cum scribuntur, et quae tamen per habitum qui fuit acquisitus cogitando de eo quod significant, postquam auditur fuerit eorum sonus, aut eorum literae inspectae, solent efficere ut concipiatur haec significatio potius quam figura literarum aut
5 sonus syllabarum.

[p. 34 sq. / 11, 382] Quod incredibile nemini videbitur, si consideretur parem esse rationem, quae facit ut cum plantae nostrorum pedum assuetae sint tactui satis aspero, ob gravitatem corporis quod portant, parum sentiamus hunc tactum cum incedimus, cum e contrario alius longe mollior et lenior quo titillantur, nobis ferme
10 intolerabilis sit, ideo solum quia nobis ordinarius non est.

[p. 46 / 11, 401] *Praecipua experimenta* quae inserviunt his motibus cognoscendis in Amore.

[p. 50 / 11, 407 sq.] Videntur enim mihi primae Passiones quas anima nostra sensit, cum coepit nostro corpori jungi, inde ortas esse quod
15 aliquando sanguis vel alius succus qui ingrediebatur cor,¹⁸ erat alimentum solito convenientius conservando ibi calori qui principium est vitae: quod in causa erat ut anima sibi voluntate conjungeret hoc alimentum, id est illud amaret; et simul spiritus fluebant ex cerebro ad musculos eos qui poterant comprimere vel agitare partes ex quibus venerat ad cor, ut ipsi adhuc amplius ejusdem generis submitterent.

20 [p. 51 / 11, 409] Contingit quoque aliquando sub initium nostrae vitae, ut sanguis contentus in venis esset alimentum satis conveniens ad conservandum cordis calorem, et tali quantitate eum ibi contineri, ut is calor aliunde alimentum suum arcessere opus non haberet: Quod excitavit in Anima affectum Laetitiae, et effecit simul ut orificia cordis sese solito magis aperirent, et ut spiritus abunde fluentes ex
25 cerebro, non solum in nervos qui inserviunt aperiendis his orificiis, sed etiam in genere in omnes alios qui propellunt sanguinem venarum ad cor, et impediunt ne eo recens veniat ex jecore, liene, intestinis, et stomacho. Quare iidem motus comitantur Laetitiam.

[p. 51 / 11, 410] Tandem primae Cupiditates quae animam potuerunt subire, cum recens juncta esset corpori, fuere, recipiendi res sibi convenientes, et repellendi
30 noxias.

[p. 61 / 11, 426] Infantes et senes ad lachrymandum magis propendent quam qui sunt mediae aetatis, sed diversis de causis. Senes saepe lachrymantur ex Amore et Gaudio.¹⁹

¹⁸ *Am Rande*: si hanc causam admittimus erit amor cupiditas mixta laetitiae

35 ¹⁹ *Darüber*: 𐒃

[p. 68 / 11, 439] Rejicienda igitur penitus est vulgaris opinio, extra nos dari Fortunam, quae efficiat ut res contingant vel non contingant ut ei lubet, et sciendum omnia dirigi a Providentia divina, cujus decretum aeternum, adeo infallibile et immutabile est, ut exceptis iis quae idem Decretum voluit pendere ex nostro Arbitrio, cogitare oporteat respectu nostri nihil evenire quod necessarium non sit, et quadantenus fatale; adeo ut absque errore cupere non possimus ut aliter eveniat. 5

[p. 77 / 11, 454] Veneratio sive cultus est inclinatio animae, non solum ad existimandum objectum quod veneratur, sed etiam ad se illi subjiciendum cum aliquo timore, ejus favoris demerendi gratia.

336.AUS UND ZU SPINOZAS OPERA POSTHUMA

10

[1678 (?)]

336₁. RANDBEMERKUNGEN, UNTERSTREICHUNGEN UND EXZERPTE AUS DER ETHICA

Überlieferung:

- LiH* Marginalien und Unterstreichungen in B. D. S., *Opera posthuma*, [Amsterdam] 1677: 15
Leibn. Marg. 30. (Unsere Druckvorlage für den nicht eingezogenen Text mit Sperrungen und Fußnoten.)
- L* Auszug: LH IV 7B, 5 Bl. 15–22. 4 Bog. 2°. 15 Sp. auf Bl. 16 v°, 15 r°, 18 v°, 17 r°, 20 v°, 19 r°, 22 v°, 21 r°. (Unsere Druckvorlage für den Text mit Einzug.)
- E*¹ G. E. SCHULZE, *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 128. Stück, 1830, S. 1266–1270 (nach 20
LiH).
- E*² GERHARDT, *Philos. Schr.* 1, 1875, S. 150 f. (Teildruck nach *LiH*).
- E*³ STEIN, *Leibniz und Spinoza*, 1890, S. 100 u. 102 f. (Teildruck nach *LiH*, ergänzend zu *E*¹
).
- E*⁴ GRUA, *Textes*, 1948, S. 277–284 (Teildruck nach *LiH* mit Angabe von Unterstreichungen, 25
ergänzend zu *E*² und *E*³, sowie nach *L*).

Schuller kündigt am 25. Januar 1678 das baldige Eintreffen der *Opera posthuma* in Hannover an (III, 2 N. 133). Leibniz hat sie wohl alsbald gelesen und exzerpiert, da er schon am 14. Februar gegenüber Justel und Placcius, dann Ende Mai gegenüber Tschirnhaus dezidiert über Spinoza urteilt (II, 1 N. 165, 166, 177). Das häufig belegte Wasserzeichen stützt die Datierung. Die *aliena corrigenda* der Auszüge sind Spinozas

5 Gedanken.

Leibniz dürfte seine Auszüge auf der Grundlage seiner An- und Unterstreichungen sowie Marginalien in den *Opera posthuma* gemacht haben. Um diesen Zusammenhang deutlich werden zu lassen, geben wir beides geschlossen wieder. Den vorangestellten an- und unterstrichenen Passagen aus den *Opera posthuma*, deren Marginalien wir als Fußnoten unter den Text setzen, folgt dabei, durch Einzug gekennzeichnet, der
 10 jeweilige Auszug. Die Seiten und Gliederungselemente der Ausgabe von 1677 sind den entsprechenden Abschnitten der Texte und Auszüge vorangestellt.

[Pars Prima, De Deo]

[ad p. 1] [Def. II.] Finitum¹ est in suo genere extra quod aliud intelligi potest ejusdem naturae, seu quod alia re ejusdem naturae terminatur.

15 [ad p. 1] [Def. III.] Substantia est *id quod in se est*, seu quod non est in alio velut in subjecto.

[p. 1] [Def. IV.] Per attributum intelligo id, quod intellectus de substantia percipit, tanquam ejusdem essentiam constituens.²

20 [ad p. 1] [Def. IV.] Attributum est praedicatum essentiale, seu necessarium.

[ad p. 1] [Def. V.] Modus est praedicatum non necessarium, seu mutabile.

[ad p. 1] [Def. VI.] Deus est *ens absolute infinitum*, seu infinitum in essentia ut alia in extensione, duratione. Ita ipse in omnibus quae aliquam realitatem exprimunt.

25 [ad p. 2] [Def. VII.] Liberum est quod ex sua tantum natura ad existendum certo modo atque *agendum, determinatur*.

[ad p. 2] [Def. VII.] Coactum est quod *ab alio determinatur ad existendum* certo modo, *et operandum*.

[ad p. 2] [Def. VIII.] Aeternitas est existendi necessitas.

30 ¹ *Am Kopf des Auszugs:* Haec partim mea partim aliena, et aliena in multis corrigenda.

² *Am Rande zu Def. IV.:* quod per se concip[itur] sed non in se est

[ad p. 1] [Def. III.] *In se et per se concipitur* cujus cognitio non indiget cognitione alterius rei.

[ad p. 2] [Ax. III.] Nihil est sine causa.

[ad p. 2] [Ax. IV.] *Effectus cognitio a cognitione causae pendet et eandem involvit.* 5

[ad p. 2] [Ax. V.] *Quae nihil commune habent* per se invicem intelligi non possunt.

[ad p. 6 sq.] [Prop. VIII. Schol. II] Nulla definitio involvit certum numerum individuorum. Ergo Ens per se est unicum.

[ad p. 8] [Prop. XI. Dem. Aliter] Debet ratio reddi posse non tantum cur res 10 existat, sed et cur non existat.

[p. 9] [Prop. XI. Dem. Aliter] . . . Cum igitur ratio, seu causa, quae divinam existentiam tollat, extra divinam naturam dari non possit, debebit necessario dari, siquidem non existit, in ipsa ejus natura, quae propterea contradictionem involveret. Atque hoc de Ente absolute infinito, et summe perfecto 15 affirmare, absurdum est; ergo nec in Deo, nec extra Deum ulla causa, seu ratio datur, quae ejus existentiam tollat, ac proinde Deus necessario existit. *Q. E. D.*

[ad p. 10] [Prop. XI. Schol.] *Quo plus realitatis rei competit, eo plus virium* habet ad existendum.

[ad p. 14] [Prop. XV. Schol.] Quantitas infinita ex partibus infinitis conflari 20 non potest. p. 14.

[ad p. 15 sq.] [Prop. XV. Schol.] *Si substantia corporea ita posset dividi ut omnes ejus partes realiter distinctae essent, cur aliqua ejus pars non posset annihilari manentibus reliquis, seu cur non posset dari vacuum? Materia ubique eadem est, nec partes in ea distinguuntur, nisi quatenus materiam 25 diversimode affectam concipimus; unde partes ejus modaliter tantum distinguuntur non realiter. Aqua quatenus aqua dividitur et corrumpitur, non quatenus substantia corporea. (+ Corpus est extensum modificatum. +)*

[p. 18 sq.] [Prop. XVII. Schol.] . . . Porro, ut de intellectu, et voluntate, quos Deo communiter tribuimus, hic etiam aliquid dicam; si ad aeternam Dei essentiam, intellectus 30 scilicet, et voluntas pertinent, aliud sane per utrumque hoc attributum intelligendum est, quam quod vulgo solent homines. Nam intellectus, et voluntas, qui Dei

essentiam constituerent, a nostro intellectu, et voluntate, toto coelo differre deberent, nec in ulla re, praeterquam in nomine, convenire possent; non aliter scilicet, quam inter se conveniunt canis, signum coeleste, et canis, animal latrans.

5 [ad p. 18] [Prop. XVII. Schol.] Deus omnia quae potest facit, et ex Dei natura omnia profluunt semper et necessario, ut affectiones trianguli ex ejus essentia. (+ Haec consistunt in lusibus vocabulorum, circa vocem: *necessitas*. Et comparatio cum Triangulo parum apta est, quia in triangulo nulla intervenit cogitatio, quae intervenit in Deo. Deus ergo ea tantum
10 producit quae optima esse cogitat. Quae sola certo quodam loquendi modo impossibilia sunt, quatenus impossibile est ea aliis a Deo non praeferrī. +) (+ Contradictio inter prop. 17. schol. fin. et prop. 3. Nam prop. 3. P. I. causam et effectum habere aliquid commune; ut in schol. d. I. convenire Dei intellectum cum nostro, solo nomine. +)

15 [ad p. 26] [Prop. XXVIII. Schol.] Deus non est *causa rerum remota*. Schol. [ad p. 18] [Prop. XVII. Schol.] (+ Comparatio affectionum Dei et Trianguli inepta. Nullae essent affectiones trianguli, nisi alia concipi possent extra Triangulum; etsi Triangulum per se concipi posset. +)

[p. 19] [Prop. XVII. Schol.] . . . Cum itaque Dei intellectus sit unica rerum causa,
20 videlicet (ut ostendimus) tam earum essentiae, quam earum existentiae, debet ipse necessario ab iisdem differre, tam ratione essentiae, quam ratione existentiae. Nam causatum differt a sua causa praecise in eo, quod a causa habet.³ Ex. gr. homo est causa existentiae, non vero essentiae alterius hominis; est enim haec aeterna veritas: et ideo secundum essentiam prorsus convenire possunt; in existendo autem differre debent; et
25 propterea, si unius existentia pereat, non ideo alterius peribit; sed, si unius essentia destrui posset, et fieri falsa, destrueretur etiam alterius essentia. Quapropter res, quae et essentiae, et existentiae alicujus effectus est causa, a tali effectu differre debet, tam ratione essentiae, quam ratione existentiae. Atqui Dei intellectus est et essentiae, et existentiae nostri intellectus causa: ergo Dei intellectus, quatenus divinam essentiam
30 constituere concipitur, a nostro intellectu, tam ratione essentiae, quam ratione existentiae differt, nec in ulla re, praeterquam in nomine,⁴ cum eo convenire potest, ut volebamus. Circa voluntatem eodem modo proceditur, ut facile unusquisque videre potest.

³ *Am Rande*: habent tamen aliquid commune. Prop. 3.

35 ⁴ *Über der Unterstreichung*: non sequitur

[p. 22] [Prop. XXIII.] *Omnis modus, qui et necessario, et infinitus existit, necessario sequi debuit, vel ex absoluta natura alicujus attributi Dei, vel ex aliquo attributo modificato modificatione, quae et necessario, et infinita existit.*⁵

[p. 25] [Prop. XXVIII.] *Quodcunque singulare, sive quaevis res, quae finita est, et determinatam habet existentiam, non potest existere, nec ad operandum determinari, nisi ad existendum, et operandum determinetur ab alia causa, quae etiam finita est, et determinatam habet existentiam: et rursus haec causa non potest etiam existere, neque ad operandum determinari, nisi ab alia, quae etiam finita est, et determinatam habet existentiam, determinetur ad existendum, et operandum, et sic in infinitum.*⁶

[p. 27] [Prop. XXIX. Schol.] Antequam ulterius pergam, hic, quid nobis per Naturam naturantem, et quid per Naturam naturatam intelligendum sit, explicare volo, vel potius monere. Nam ex antecedentibus jam constare existimo, nempe, quod per Naturam naturantem nobis intelligendum est id, quod in se est, et per se concipitur, sive talia substantiae attributa, quae aeternam, et infinitam essentiam exprimunt, hoc est, (*per Coroll. 1. Prop. 14. et Coroll. 2. Prop. 17.*) Deus, quatenus, ut causa libera, consideratur. Per Naturatam autem intelligo id omne, quod ex necessitate Dei naturae, sive uniuscujusque Dei attributorum sequitur, hoc est, omnes Dei attributorum modos, quatenus considerantur, ut res, quae in Deo sunt, et quae sine Deo nec esse, nec concipi possunt.

[ad p. 27] [Prop. XXIX. Schol.] *Natura naturans est quod in se est et per se concipitur. Natura naturata, quod ex his sequitur.*

[p. 30] [Prop. XXXIII. Schol. I.] . . . Rei enim alicujus existentia vel ex ipsius essentia, et definitione, vel ex data causa efficiente necessario sequitur. Deinde his etiam de causis res aliqua impossibilis dicitur; nimirum quia vel ipsius essentia, seu definitio contradictionem involvit, vel quia nulla causa externa datur, ad talem rem producendam determinata. . . .

[ad p. 30] [Prop. XXXIII. Schol. I.] *Impossibile est aliquid vel quia ejus definitio contradictionem involvit, vel quia nulla causa externa datur, ad producendam rem talem determinata, pag. 30.*

[p. 31] [Prop. XXXIII. Schol. II.] . . . Deinde quod omnia Dei decreta ab aeterno ab ipso Deo sancita fuerunt. Nam alias imperfectionis, et inconstantiae argueretur. At cum in aeterno non detur *quando, ante, nec post*: hinc, ex sola scilicet Dei perfectione,

⁵ Zur Prop. XXIII.: ubi talis modus? Quomodo absoluta Dei natura modificatur?

⁶ Am Rande: dubito an res praecedens causa sequentis?

sequitur, Deum aliud decernere nunquam posse, nec unquam potuisse; sive Deum ante sua decreta non fuisse, nec sine ipsis esse posse. . . .

[p. 32] [Prop. XXXIII. Schol. II.] . . . Omnia a Dei potestate pendent. Ut res itaque aliter se habere possint, Dei necessario voluntas aliter se habere etiam deberet; atqui Dei
 5 voluntas aliter se habere nequit (ut modo ex Dei perfectione evidentissime ostendimus). Ergo neque res aliter se habere possunt. Fateor, hanc opinionem, quae omnia indifferenti cuidam Dei voluntati subjicit, et ab ipsius beneplacito omnia pendere statuit, minus a vero aberrare, quam illorum, qui statuunt, Deum omnia sub ratione boni⁷ agere. Nam hi aliquid extra Deum videntur ponere, quod a Deo non dependet, ad quod Deus, tanquam
 10 ad exemplar, in operando attendit, vel ad quod, tanquam ad certum scopum, collimat. Quod profecto nihil aliud est, quam Deum fato subjicere,⁸ quo nihil de Deo absurdus statui potest, quem ostendimus tam omnium rerum essentiae, quam earum existentiae primam, et unicam liberam causam esse. Quare non est, ut in hoc absurdo refutando tempus consumam.

15 [ad p. 33] [Prop. XXXVI.] *Nihil existit ex cujus natura effectus aliquis non sequatur.*

[p. 35] [Prop. XXXVI. Appendix.] . . . Atque ita hoc praejudicium in superstitionem verum, et altas in mentibus egit radices; quod in causa fuit, ut unusquisque maximo conatu omnium rerum causas finales intelligere, easque explicare studeret. Sed dum
 20 quaesiverunt ostendere, naturam nihil frustra (hoc est, quod in usum hominum non sit) agere, nihil aliud videntur ostendisse, quam naturam, Deosque aequae, ac homines, delirare. . . .

[p. 36] [Prop. XXXVI. Appendix] . . . His satis explicui id, quod primo loco promisi. Ut jam autem ostendam, naturam finem nullum sibi praefixum habere, et
 25 omnes causas finales nihil, nisi⁹ humana esse figmenta, non opus est multis. Credo enim id jam satis constare, tam ex fundamentis, et causis, unde hoc praejudicium originem suam traxisse ostendi, quam ex *Propositione* 16. et *Corollario Propositionis* 32. et praeterea ex iis omnibus, quibus ostendi, omnia naturae aeterna quadam necessitate, summaque perfectione procedere. Hoc tamen adhuc addam, nempe,
 30 hanc de fine

⁷ *Über* sub ratione boni: ipse fatetur Deum agere sub ratione perfecti

⁸ *Zu* Deum fato subjicere: Imo contra: si agit sub ratione boni, seu secundum voluntatem, non subjicitur fato.

⁹ *Darüber*: male

doctrinam naturam omnino evertere. Nam id, quod revera causa est, ut effectum considerat, et contra. Deinde id, quod natura prius est, facit posterius. Et denique id, quod supremum, et perfectissimum est, reddit imperfectissimum. Nam (duobus prioribus omissis, quia per se manifesta sunt) ut ex *Propositionibus* 21. 22. et 23. constat, ille effectus perfectissimus est, qui a Deo immediate producitur, et quo aliquid pluribus 5 causis intermediis indiget, ut producatur, eo imperfectius est. At si res, quae immediate a Deo productae¹⁰ sunt, ea de causa factae essent, ut Deus finem assequeretur suum, tum necessario ultimae, quarum de causa priores factae sunt, omnium praestantissimae essent. Deinde haec doctrina Dei perfectionem tollit: Nam, si Deus propter finem agit, aliquid necessario appetit, quo caret. Et, quamvis Theologi, et Metaphysici distinguant 10 inter finem indigentiae, et finem assimilationis, fatentur tamen Deum omnia propter se; non vero propter res creandas egisse; quia nihil ante creationem praeter Deum assignare possunt, propter quod Deus ageret; adeoque necessario fateri coguntur, Deum iis, propter quae media parare voluit, caruisse,¹¹ eaque cupivisse, ut per se clarum. Nec hic praetereundum est, quod hujus doctrinae Sectatores, qui in assignandis rerum finibus 15 suum ingenium ostentare voluerunt, ad hanc suam doctrinam probandam, novum attulerunt modum argumentandi, reducendo scilicet, non ad impossibile; sed ad ignorantiam; quod ostendit nullum aliud fuisse huic doctrinae argumentandi medium. . . .

[p. 38] [Prop. XXXVI. Appendix] . . . Et quoniam ea nobis prae caeteris grata sunt, quae facile imaginari possumus, ideo homines ordinem¹² confusioni praeferunt; quasi 20 ordo aliquid in natura praeter respectum ad nostram imaginationem esset; dicuntque Deum omnia ordine creasse, et hoc modo ipsi nescientes Deo imaginationem tribuunt; nisi velint forte, Deum, humanae imaginationi providentem, res omnes eo disposuisse modo, quo ipsas facillime imaginari possent; nec moram forsitan iis injiciet, quod infinita reperiantur, quae nostram imaginationem longe superant, et plurima, quae ipsam, propter 25 ejus imbecillitatem, confundunt. . . .

[ad p. 39] [Appendix] *Cur Deus omnes homines non ita creavit, ut solo rationis ductu gubernarentur? quia ei non defuit materia ad omnia ex summo nimirum ad infimum perfectionis gradum, creanda. Vel potius quia ejus naturae leges ita amplae fuere, ut sufficerent ad omnia quae ab aliquo 30 infinito intellectu concipi possunt, producenda.*

¹⁰ *Über* productae . . . factae: <nam> ratiocinatur; Finis Dei est <me esse> in ipso.

¹¹ *Darüber*: nunquam caruit, semper produxit

¹² *Darüber*: imo et Deus

[Pars Secunda, De Natura, et Origine Mentis]

[p. 41] [Def. IV.] Per ideam adaequatam intelligo ideam, quae, quatenus in se sine relatione ad objectum consideratur, omnes verae ideae proprietates, sive denominationes intrinsecas habet.¹³

5 [p. 41] [Def. VI.] Per realitatem, et perfectionem¹⁴ idem intelligo.

[ad p. 41] [Def. VI.] Perfectio est gradus realitatis.

[p. 41] [Ax. I.] Hominis essentia non involvit necessariam existentiam, hoc est, ex naturae ordine, tam fieri potest, ut hic, et ille homo existat,¹⁵ quam ut non existat.

[p. 41 sq.] [Ax. III.] Modi cogitandi, ut amor, cupiditas, vel quicumque nomine
10 affectus animi insinuantur, non dantur, nisi in eodem Individuo detur idea rei amatae, desideratae, etc. At idea dari potest, quamvis nullus alius detur cogitandi modus.¹⁶

[p. 42] [Prop. I. Dem.] . . . Est igitur Cogitatio unum ex infinitis Dei attributis, quod Dei aeternam, et infinitam essentiam exprimit, (*vid. Defi. 6. p. 1.*) sive Deus est res cogitans. *Q. E. D.*¹⁷

15 [p. 42] [Prop. I. Schol.] . . . Cum itaque, ad solam cogitationem attendendo, Ens infinitum concipiamus, est necessario (*per Defin. 4. et 6. p. 1.*) Cogitatio unum ex infinitis Dei attributis, ut volebamus.¹⁸

[ad p. 43] [Prop. III.] *Datur in Deo idea essentiae ejus*, et eorum quae ex ea sequuntur. (+ Ergo idea illa non est in ipsa essentia. Ergo est in Deo aliquid
20 quod ad ejus essentiam non pertinet. +)

[p. 45] [Prop. VI.] *Cujuscunque attributi modi Deum, quatenus tantum sub illo attributo, cujus modi sunt; et non, quatenus sub ullo alio consideratur, pro causa habent.*¹⁹

¹³ *Zu Def. IV.*: explicandum ergo erat, quid sit vera idea, nam p. 1. ax. 7. adhibita est
25 solum convenientia cum ideato.

¹⁴ *Darüber*: gradum realitatis

¹⁵ *Darüber*: aliquando

¹⁶ *Am Rande zu Ax. III.*: demonstrabile

¹⁷ *Zu Prop. I. Dem.*: eodem modo probabit et Deum timere, sperare. Si respondes esse
30 modos cogitandi; dici potest forte et cogitationem esse alterius attributi modum.

¹⁸ *Zu Prop. I. Schol.*: Hoc argumentum melius priore

¹⁹ *Zu Prop. VI.*: Dubito, quia videtur aliquid praeterea requiri, ad modificandum aliquod attributum. Ratio eadem est cum illa quae facit ut non existant omnia, imo ut aliqua distincta

[p. 50] [Prop. X. Schol.] . . . Nam meum intentum hic tantum fuit, causam reddere, cur non dixerim, id ad essentiam alicujus rei pertinere, sine quo res nec esse, nec concipi potest; nimirum, quia res singulares non possunt sine Deo esse, nec concipi; et tamen Deus ad earum essentiam non pertinet; sed id necessario essentiam alicujus rei constituere dixi, quo dato res ponitur, et quo sublato res tollitur: vel
id, sine quo res, et vice versa id, quod sine re nec esse, nec concipi potest.

[p. 50] [Prop. XI. Dem.] Essentia hominis²⁰ (*per Coroll. praeced. Prop.*) a certis Dei attributorum modis constituitur; nempe (*per Axioma 2. hujus*) a modis cogitandi, quorum omnium (*per Axiom. 3. hujus*) idea natura prior est, et, ea data, reliqui modi (quibus scilicet idea natura prior est) in eodem debent esse individuo; (*per Axiom. 4. hujus*) Atque adeo idea primum est, quod humanae Mentis esse constituit. . . .

[p. 50 sq.] [Prop. XI. Coroll.] Hinc sequitur Mentem humanam partem esse infiniti intellectus Dei; ac proinde cum dicimus, Mentem humanam hoc, vel illud percipere, nihil aliud dicimus, quam quod Deus, non quatenus infinitus est, sed quatenus per naturam humanae Mentis explicatur, sive quatenus humanae Mentis essentiam constituit, hanc, vel illam habet ideam; et cum dicimus Deum hanc, vel illam ideam habere, non tantum, quatenus naturam humanae Mentis constituit; sed quatenus simul cum Mente humana alterius rei etiam habet ideam, tum dicimus Mentem humanam rem ex parte, sive inadaequate percipere.

[p. 51] [Prop. XII.] *Quicquid in objecto ideae, humanam Mentem constituentis, contingit, id ab humana Mente debet percipi, sive ejus rei dabitur in Mente necessario idea: Hoc est, si objectum ideae, humanam Mentem constituentis, sit corpus, nihil in eo corpore poterit contingere, quod a Mente non percipiatur.*²¹

[ad p. 51] [Prop. XII.] *Quicquid in objecto ideae humanam mentem constituentis contingit, id ab humana mente debet percipi, sive ejus rei dabitur in*

²⁰ Über von L durchgestrichenem hominis: mentis humanae

²¹ Zu Prop. XII.: Ideae non agunt. Mens agit. Totus mundus revera est objectum cujusque mentis, totus mundus quodammodo a quavis mente percipitur. Mundus unus et tamen mentes diversae. Mens igitur fit non per ideam corporis, sed quia variis modis Deus mundum intuetur ut ego urbem.

mente nostra necessario idea, hoc est si objectum ideae humanam mentem constituentis sit corpus, nihil in eo corpore potest contingere quod a mente non percipiatur.

[p. 52] [Prop. XIII.] *Objectum ideae, humanam Mentem constituentis, est Corpus, sive certus Extensionis modus actu existens, et nihil aliud.*²²

- 5 [p. 52] [Prop. XIII. Schol.] *Ex his non tantum intelligimus, Mentem humanam unitam esse Corpori; sed etiam, quid per Mentis, et Corporis unionem intelligendum sit. Verum ipsam adaequate, sive distincte intelligere nemo poterit, nisi prius nostri Corporis naturam adaequate cognoscat. Nam ea, quae hucusque ostendimus, admodum communia sunt, nec magis ad homines, quam ad reliqua Individua pertinent, quae omnia,*
 10 *quamvis diversis gradibus, animata tamen sunt. . . .*

[ad p. 52] [Prop. XIII. Schol.] *Omnia quamvis diversis gradibus animata sunt.* p. 52.

- [ad p. 53] [Prop. XIII. Schol.] *Quo corpus aliquod reliquis aptius est ad plura simul agendum et patiendum: eo etiam mens aptior est ad plura simul percipiendum. Et quo magis corporis actiones ab ipso solo pendent, et quo minus alia corpora cum eodem in agendo concurrunt; Eo ejus mens aptior est ad distincte intelligendum.*
 15

- [p. 55] [Ax. II.] *Cum corpus motum alteri quiescenti, quod dimovere nequit, impingit, reflectitur, ut moveri pergat, et angulus lineae motus reflectionis cum plano corporis quiescentis, cui impegit, aequalis erit angulo, quem linea motus incidentiae cum eodem plano efficit.*²³
 20

- [p. 56 sq.] [Lemma V.] *Si partes, Individuum componentes, majores, minoresve evadant, ea tamen proportionem, ut omnes eandem, ut antea, ad invicem motus,²⁴ et quietis rationem servant,²⁵ retinebit itidem Individuum suam naturam, ut antea, absque ulla formae mutatione.*²⁶
 25

²² Zu Prop. XIII.: Hinc sequitur mentem quamvis esse momentaneam saltem in eodem homine.

²³ Zu Ax. II.: Intelligendum lineam incidentiae et reflexionis esse in eodem plano perpendiculari ad planum reflectens.

30 ²⁴ Darüber: (et ad externa)

²⁵ Darüber: et servatura sint

²⁶ Zu Lemma V.: Quid item si motus omnes proportionem augeantur?

[p. 57] [Lemma VI.] *Si corpora quaedam, Individuum componentia, motum, quem versus unam partem habent, aliam versus flectere cogantur; at ita, ut motus suos continuare possint, atque invicem eadem, qua antea, ratione communicare; retinebit itidem Individuum suam naturam, absque ulla formae mutatione.*

[p. 57] [Lemma VII.] *Retinet praeterea Individuum, sic compositum, suam naturam, sive id secundum totum moveatur, sive quiescat, sive versus hanc, sive versus illam partem moveatur, dummodo unaquaeque pars motum suum retineat, eumque, uti antea, reliquis communicet.*

[ad p. 57] [Lemma VII.] Si individui partes mutantur servatis figuris et motibus imo et si motus et magnitudo et materia mutetur servata proportione 10
priori manebit idem individuum. (+ Servanda et eadem ratio ad externa. +)

[p. 57 sq.] [Lemma VII. Schol.] His itaque videmus, qua ratione Individuum compositum possit multis modis affici, ejus nihilominus natura servata. Atque hucusque Individuum concepimus, quod non, nisi ex corporibus, quae solo motu, et quiete, celeritate, et tarditate inter se distinguuntur, hoc est, quod ex 15
corporibus simplicissimis componitur. Quod si jam aliud concipiamus, ex pluribus diversae naturae Individuis compositum, idem pluribus aliis modis posse affici, reperiemus, ipsius nihilominus natura servata. Nam quandoquidem ejus unaquaeque pars ex pluribus corporibus est composita; poterit ergo (*per Lem. praeced.*) unaquaeque pars, absque ulla ipsius naturae mutatione jam tardius, jam celerius moveri, et consequenter 20
motus suos citius, vel tardius reliquis communicare. Quod si praeterea tertium Individuorum genus, ex his secundis compositum, concipiamus, idem multis aliis modis affici posse,²⁷ reperiemus, absque ulla ejus formae mutatione. . . .

[p. 59] [Prop. XV. Dem.] Idea, quae esse formale humanae Mentis constituit, est idea corporis, (*per Prop. 13. hujus*) quod (*per Post. 1.*) ex plurimis valde compositis 25
Individuis componitur. At cujuscunque Individui, corpus componentis, datur necessario (*per Coroll. Prop. 8. hujus*) in Deo idea; ergo (*per Prop. 7. hujus*) idea Corporis humanis ex plurimis hisce partium componentium ideis est composita. *Q. E. D.*²⁸

²⁷ *Über* posse . . . mutatione: si servetur eadem proportio. Sed hoc non fit, vel certe raro.

²⁸ *Zu Prop. XV. Dem.*: Ergo et mens humana est aggregatum plurium mentium. 30

[p. 60] [Prop. XVI. Coroll. I.] Hinc sequitur primo Mentem humanam plurimorum²⁹ corporum naturam una cum sui corporis natura percipere.

[p. 62] [Prop. XVII. Schol.] . . . Porro, ut verba usitata retineamus, Corporis humani affectiones, quarum ideae Corpora externa, velut nobis praesentia repraesentant, rerum
5 imagines vocabimus, tametsi rerum figuras non referunt. Et cum Mens hac ratione contemplatur corpora, eandem imaginari dicemus. . . .

[p. 62 sq.] [Prop. XVIII. Schol.] Hinc clare intelligimus, quid sit Memoria. Est enim nihil aliud, quam quaedam concatenatio idearum, naturam rerum, quae extra
Corpus humanum sunt, involventium, quae in Mente fit secundum ordinem, et
10 concatenationem affectionum Corporis humani. . . .

[ad p. 62 sq.] [Prop. XVIII. Schol.] *Memoria est concatenatio idearum naturam rerum quae extra corpus humanum sunt, involventium, quae in mente fit secundum ordinem et concatenationem affectionum corporis humani* (+ hinc quae simul sensimus, eorum unius imagine recurrente, et
15 alterius imaginamur +).

[ad p. 63] [Prop. XIX.] *Mens non cognoscit corpus suum, nec existere scit, nisi per ideas affectionum ejus.*

[p. 64] [Prop. XX.] *Mentis humanae datur etiam in Deo idea, sive cognitio, quae in Deo eodem modo sequitur, et ad Deum eodem modo refertur, ac idea sive cognitio
20 Corporis humani.*³⁰

[p. 65] [Prop. XXI. Schol.] Haec Propositio longe clarius intelligitur ex dictis in Schol. Prop. 7. hujus; ibi enim ostendimus Corporis ideam, et Corpus, hoc est (*per Prop.*
13. *hujus*) Mentem, et Corpus unum, et idem esse Individuum, quod jam sub Cogitationis, jam sub Extensionis attributo³¹ concipitur; quare Mentis idea, et ipsa Mens
25 una, eademque est res, quae sub uno, eodemque attributo, nempe Cogitationis, concipitur. Mentis, inquam, idea, et ipsa Mens in Deo eadem necessitate ex eadem cogitandi potentia sequuntur dari. Nam revera idea Mentis, hoc est, idea ideae nihil aliud est, quam forma

²⁹ *Darüber:* imo omnium

³⁰ *Zu Prop. XX.:* Ergo datur idea ideae. Hinc sequeretur rem ire in infinitum, si quidem
30 mens humana est idea.

³¹ *Über* attributo . . . eademque *und am Rande:* Ergo revera non differunt mens et corpus, non magis quam urbs diversimode inspecta a se ipsa, sequitur et extensionem a cogitatione revera non differre, ἄτοπα.

ideae, quatenus haec, ut modus cogitandi, absque relatione ad objectum consideratur; simulac enim quis aliquid scit, eo ipso scit, se id scire, et simul scit, se scire, quod scit, et sic in infinitum.³² Sed de his postea.³³

[p. 66] [Prop. XXIII.] *Mens se ipsam non cognoscit, nisi quatenus Corporis affectionum ideas percipit.*³⁴

5

[ad p. 66] [Prop. XXIII.] *Mens seipsam non cognoscit, nisi quatenus corporis affectionum ideas percipit.*

[p. 66] [Prop. XXIII. Dem.] Mentis idea, sive cognitio (*per Prop. 20. hujus*) in Deo eodem modo sequitur, et ad Deum eodem modo refertur, ac corporis idea, sive cognitio. At quoniam (*per Prop. 19. hujus*) Mens humana ipsum humanum Corpus non 10 cognoscit, hoc est, (*per Coroll. Prop. 11. hujus*) quoniam cognitio Corporis humani ad Deum non refertur, quatenus humanae Mentis naturam constituit;³⁵ ergo nec cognitio Mentis ad Deum refertur, quatenus essentiam Mentis humanae constituit; atque adeo (*per idem Coroll. Prop. 11. hujus*) Mens humana eatenus se ipsam non cognoscit. . . .

15

[p. 66 sq.] [Prop. XXIV. Dem.] Partes, Corpus humanum componentes, ad essentiam ipsius Corporis non pertinent, nisi quatenus motus suos certa quadam ratione invicem communicant;³⁶ (*vide Defin. post Coroll. Lemmat. 3.*) et non quatenus, ut Individua, absque relatione ad humanum Corpus considerari possunt. Sunt enim partes humani Corporis (*per Post. 1.*) valde composita Individua, quorum partes 20 (*per Lem. 4.*) a Corpore humano, servata omnino ejusdem natura, et forma, segregari³⁷ possunt, motusque suos (*vide Axiom. 2. post Lem. 3.*)³⁸ aliis corporibus alia ratione communicare;

³² *Am Rande zur Unterstreichung:* 𐀓

³³ *Zu Prop. XXI. Schol.:* Hinc sequitur ad intelligendam ideam corporis seu mentem non 25 opus esse alia idea.

³⁴ *Zu Prop. XXIII.:* Si mens seipsam percipit, quomodocunque sequitur nullam dari in Deo ideam mentis aliam ab ipsa mente, nam seipsam percipit, quatenus Deum mentem percipientem exprimit.

³⁵ *Am Rande zu Prop. XXXIII.:* Imo uti Deus vel mens corpus cognoscit per corporis 30 affectionum ideas, ita mentem cognoscit per mentis affectionum ideas.

³⁶ *Am Rande zur Unterstreichung:* bene

³⁷ *Darüber:* hoc nihil ad rem

³⁸ *Am Rande gestrichen:* hinc sequitur nullius individui dari ideam adaequatam

adeoque (*per Prop. 3. hujus*) cujuscunque partis idea, sive cognitio in Deo erit, et quidem, (*per Prop. 9. hujus*) quatenus affectus consideratur alia idea rei singularis, quae res singularis ipsa parte, ordine naturae, prior est (*per Prop. 7. hujus*). . . .

[p. 69] [Prop. XXVIII. Dem.] . . . Sunt ergo hae affectionum ideae, quatenus ad
5 solam humanam Mentem referuntur, veluti consequentiae³⁹ absque praemissis, hoc est, (*ut per se notum*) ideae confusae. *Q. E. D.*

[ad p. 69] [Prop. XXVIII. Dem.] Cognitio conclusionis absque praemissis est confusa.

[ad p. 67] [Prop. XXIV. Dem.] Inadaequata in nobis idea est cum Deus
10 illam ideam habet non tantum quatenus naturam mentis humanae constituit, sed et quatenus simul cum mente humana etiam alterius rei habet ideam. p. 2. prop. 11. [coroll.]

[ad p. 72 sq.] [Prop. XXXV. et Schol.] *Falsitas consistit in privatione cognitionis quam ideae inadaequatae involvunt*, ex. g. falluntur homines
15 cum se putant agere sine ratione, quia rationes determinantes non percipiunt. Ita cum erramus *solem credentes 200 circiter pedes a nobis distare*, aut parvum esse, non imaginando erramus, sed quia veram ejus distantiam, *et hujus imaginationis causam ignoramus*.

[p. 74] [Prop. XXXVIII.] *Illa, quae omnibus communia, quaeque aequae in parte, ac*
20 *in toto sunt, non possunt concipi, nisi adaequate*.⁴⁰

[ad p. 74] [Prop. XXXVII.] *Id quod omnibus commune, et aequae in parte et in toto est, nullius rei singularis essentiam constituere potest*.

[ad p. 74] [Prop. XXXVIII.] Communia et quae *aequae in parte et in toto sunt*, non *nisi adaequate* concipiuntur.

[ad p. 75 sq.] [Prop. XXXIX. Coroll.] *Mens eo aptior ad plura adaequate*
25 *percipienda, quo plura habet cum aliis corporibus communia*.

[p. 76] [Prop. XL. Schol.] His causam notionum, quae *Communes* vocantur, quaeque ratiocinii nostri fundamenta sunt, explicui. Sed aliae quorundam axiomatum, sive notionum causae dantur, quas hac nostra methodo explicare e re foret; ex iis namque

30 ³⁹ *Darüber*: conclusiones

⁴⁰ *Am Rande*: ¶

constaret, quatenus notiones prae reliquis utiliores, quatenus vero vix ullius usus essent. . . .

[ad p. 76] [Prop. XL. et Schol.] *Idae quae sequuntur ex ideis adaequatis sunt adaequatae*. Haec sunt fundamenta notionum communium, aliae aliis utiliores notiones secunda sunt axiomata. 5

[ad p. 62] [Prop. XVII. Schol.] *Imago* (pag. 62) est corporis humani affectio cuius idea corpus externum velut nobis praesens repraesentat (+ ob similitudinem impressionum seu motuum in nobis, qui fiunt ipso praesente +).

[ad p. 77] [Prop. XL. Schol.] *Mens humana* (pag. 77) *tot corpora distincte simul imaginari potest quot in ipsius corpore imagines simul possunt formari*. Sed cum imagines eae confunduntur, *mens corpora confuse imaginabitur, et sub uno attributo*, Ens, Res, comprehendet (+ quod nominare non possumus per aliam notam, nominamus rem +). Cum discrimina notari non possunt, ut tot imaginum ex variis hominibus, oritur 15 confusa imago, humanae naturae. (+ Videtur dari imago generis etiam cum unum solum individuum cognovimus. +)

[p. 78] [Prop. XL. Schol. II.] Ex omnibus supra dictis clare apparet, nos multa percipere, et notiones universales formare I^o. ex singularibus, nobis per sensus mutilate, confuse, et sine ordine ad intellectum repraesentatis: (*Vide Coroll. Prop. 29. hujus*) et 20 ideo tales perceptiones cognitionem ab experientia vaga vocare consuevi. II^o. Ex signis, ex. gr. ex eo, quod auditis, aut lectis quibusdam verbis rerum recordemur, et earum quasdam ideas formemus similes iis, per quas res imaginamur. (*Vide Schol. Prop. 18. hujus*) Utrumque hunc res contemplandi modum cognitionem primi generis, opinionem, vel imaginationem in posterum vocabo. III^o. Denique ex eo, quod notiones 25 communes, rerumque proprietatum ideas adaequatas habemus; (*Vide Coroll. Prop. 38. et 39. cum ejus Coroll. et Prop. 40. hujus*) atque hunc rationem, et secundi generis cognitionem vocabo. Praeter haec duo cognitionis genera datur, ut in sequentibus ostendam, aliud tertium, quod scientiam intuitivam⁴¹ vocabimus. Atque hoc cognoscendi genus procedit ab adaequata idea essentiae formalis quorundam Dei 30 attributorum ad adaequatam cognitionem essentiae rerum. Haec omnia unius rei exemplo explicabo. Dantur ex. gr. tres numeri, ad quartum obtinendum, qui sit ad tertium, ut secundus ad primum. Non dubitant mercatores secundum in tertium ducere, et productum per primum

⁴¹ *Am Rande*: add. pag. 364

dividere; quia scilicet ea, quae a magistro absque ulla demonstratione audiverunt, nondum tradiderunt oblivioni, vel quia id saepe in numeris simplicissimis experti sunt, vel ex vi Demonstrationis Prop. 19. lib. 7. Euclid. nempe ex communi proprietate proportionalium. At in numeris simplicissimis nihil horum opus est. Ex. gr. datis numeris
 5 1. 2. 3. nemo non videt, quartum numerum proportionalem esse 6. atque hoc multo clarius, quia ex ipsa ratione, quam primum ad secundum habere uno intuitu videmus, ipsum quartum concludimus.⁴²

[ad p. 78] [Prop. XL. Schol. II.] Tres cognitiones. Cognitionis primi generis, seu per experientiam vagam, cum ratio non apparet; secundi
 10 generis ex eo quod notiones communes rerumque proprietatum ideas adaequatas habemus. Tertiis generis quam cognitionem intuitivam voco procedit ab adaequata idea essentiae formalis, quorundam in Deo attributorum ad adaequatam cognitionem essentiae rerum. Ecce omnes tres species in uno exemplo: quartum proportionalem invenimus multiplicando
 15 duo invicem, et factum dividendo per primum. Hoc mercatores sciunt ab experientia vel magistro; geometrae ex demonstratione seu communi proprietate proportionalium. Sed in numeris simplicissimis intuitu id patet, ut 1. 2. 3. quartus est sex. Quod clarius patet intuitu, quam ex generali demonstratione.

20 [p. 79] [Prop. XLIII. Dem.] Idea vera in nobis est illa, quae in Deo, quatenus per naturam Mentis humanae explicatur, est adaequata. (*per Coroll. Prop. 11. hujus*) . . .

[ad p. 79 sq.] [Prop. XLIII. et Dem.] *Qui veram* (adaequatam) *ideam habet scit se eam habere nec potest de veritate dubitare*, seu nullum est principium
 25 judicandi melius quam ipsa clara et distincta idea.

[ad p. 82] [Prop. XLIV. Coroll. II. et Dem.] *De natura rationis est, res contemplari sub specie aeternitatis*, non relatas ad certum tempus, seu considerare *ut necessarias, non ut contingentes*.

[ad p. 83] [Prop. XLV. et Dem., Prop. XLVI. Dem.] *cujuscunque rei singularis idea involvit Dei* infinitam et aeternam essentiam (quia res non
 30 possunt sine causa sua id est Deo concipi) et eam quidem adaequate, quia est in toto simul et in partibus. (+ Est idea ipsa essentiae seu realitatis. +)

⁴² *Zu Prop. XL. Schol. II.*: Intuitiva est tantum brevior demonstratio, sed non a priore genere diversa: si hoc exemplum spectamus.

[p. 84] [Prop. XLVII. Schol.] . . . Quod autem homines non aequè claram Dei, ac notionum communium habeant cognitionem, inde fit, quod Deum imaginari nequeant, ut corpora, et quod nomen *Deus* junxerunt imaginibus rerum, quas videre solent, quod homines vix vitare possunt, quia continuo a corporibus externis afficiuntur. Et profecto plerique errores in hoc solo consistunt, quod scilicet nomina rebus 5 non recte applicamus. . . .

[ad p. 84] [Prop. XLVII. Schol.] *Plerique errores in hoc solo consistunt, quod nomina rebus non recte applicamus. Sic cum homines in calculo errant, alios numeros in mente, alios in charta habent* (pag. 84).

[ad p. 85] [Prop. XLVIII. Schol.] *Per Voluntatem intelligo affirmandi et negandi facultatem non autem cupiditatem.* 10

[ad p. 86] [Prop. XLIX. et Dem.] *In mente nulla datur affirmatio et negatio seu volitio praeter illam quam idea quatenus idea est involvit* (+ nam trianguli idea involvit affirmationem quod duo ejus anguli *duobus rectis aequales* +). Per ideas enim intelligimus actum mentis, non picturam mutam 15 ut quae est in fundo oculi, aut si placet cerebro.

[ad p. 87sq.] [Prop. XLIX. Schol.] Hinc falsum est errorem oriri, quia voluntas latior intellectu, quia voluntas ab intellectu hoc modo non differt. Homo non dubitat, ob simplicem negationem causae quae ipsum dubitare faceret, si cognita esset: sed non ideo est revera certus. Nam certitudo est 20 aliquid positivum, non sola privatio dubitationis. Voluntas latius se extendit quam intellectus, si per intellectum intelligimus distinctam conceptionem; sed non ideo se extendit latius quam perceptio seu concipiendi facultas.

Judicium suspendere idem est quod videre se rem non accurate percipere. 25

Quando aliquid percipimus, simul id cogitamus existere, nisi simul aliquid aliud percipiamus, quod existentiam ejus tollit. Hinc in somnis de veritate eorum quae somniamus non dubitamus, nisi quid superveniat, ut *cum somniamus nos somniare.* 30

[Pars Tertia, De Origine et Natura Affectuum]

[p. 93] *Plerique, qui de Affectibus, et hominum vivendi ratione scripserunt, videntur, non de rebus naturalibus, quae communes naturae leges sequuntur; sed de rebus, quae extra naturam sunt, agere. Imo hominem in natura, veluti*
 5 *imperium in imperio, concipere videntur. Nam hominem naturae ordinem magis perturbare, quam sequi, ipsumque in suas actiones absolutam habere potentiam, nec aliunde, quam a se ipso determinari, credunt. . . .*

[ad p. 95] [Def. I.] *Causa adaequata est, cujus effectus potest clare et distincte per eandem percipi. Inadaequata seu partialis cujus effectus*
 10 *per ipsam solam intelligi nequit.*

[p. 95] [Def. II.] II. Nos tum agere dico, cum aliquid in nobis, aut extra nos fit, cujus adaequata sumus causa, hoc est (*per Defin. praeced.*) cum ex nostra natura aliquid in nobis, aut extra nos sequitur, quod per eandem solam potest clare, et distincte intelligi. At contra nos pati dico, cum in nobis aliquid fit, vel ex nostra natura aliquid
 15 sequitur, cujus nos non, nisi partialis, sumus causa.

[ad p. 95] [Def. II.] Agere dicimur *cum aliquid in nobis vel extra nos fit, cujus adaequata sumus causa. Pati, cum aliquid in nobis fit, cujus solum partialis sumus causa.*

[p. 95] [Def. III.] III. Per Affectum⁴³ intelligo Corporis affectiones, quibus ipsius
 20 Corporis agendi potentia augetur, vel minuitur, juvatur, vel coercetur, et simul harum affectionum ideas.

[ad p. 95] [Def. III.] Affectus est affectio corporis qua *agendi potentia augetur vel minuitur, juvatur* [vel] *impeditur, conjuncta cum hujus affectionis idea. (+ Unde affectus modo passio, modo actio est. +)*

25 [ad p. 96] [Prop. I.] *Mens quatenus adaequatas habet ideas agit, quatenus inadaequatas, patitur.*

[ad p. 97] [Prop. II.] *Nec corpus determinat Mentem ad cogitandum, nec mens corpus ad motum vel quietem* (+ nam series idearum distincta a serie corporum, et tantum sibi mutuo respondent +).

30 ⁴³ *Am Rande:* affectus intelligi(tur) etiam cum de corpore non cogitamus.

[p. 98 sq.] [Prop. II. Schol.] . . . At dicent ex solis legibus naturae, quatenus corporea tantum consideratur, fieri non posse, ut causae aedificiorum, picturarum, rerumque hujusmodi, quae sola humana arte fiunt, possint deduci, nec Corpus humanum, nisi a Mente determinaretur, ducereturque pote esset ad templum aliquod aedificandum. Verum ego jam ostendi, ipsos nescire, quid 5 Corpus possit, quidve ex sola ipsius naturae contemplatione possit deduci, ipsosque plurima experiri ex solis naturae legibus fieri, quae nunquam credidissent posse fieri, nisi ex Mentis directione, ut sunt ea, quae somnambuli in somnis agunt, quaeque ipsi, dum vigilant, admirantur. . . .

[ad p. 99] [Prop. II. Schol.] *Leviter volumus quorum appetitus facile 10 contrahi potest memoria alterius rei* (pag. 99).

[ad p. 103 sq.] [Prop. IX. Schol.] Conatus conservationis ad Mentem magis relatus est Voluntas, ad corpus simul relatus est appetitus. At Cupiditas est appetitus quatenus cum ejusdem conscientia consideratur.

[p. 104] [Prop. IX. Schol.] . . . Constat itaque ex his omnibus, nihil nos conari, velle, 15 appetere, neque cupere, quia id bonum esse judicamus; sed contra nos propterea, aliquid bonum esse, judicare, quia id conamur, volumus, appetimus, atque cupimus.⁴⁴

[ad p. 104] [Prop. IX. Schol.] Hinc non conamur, volumus, appetimus, quia bonum judicamus, sed contra bonum judicamus quia conamur. (+ Imo videtur neutrum alterius esse causa, sed se comitari, ut cogitatio et motus. +) 20

[ad p. 104] [Prop. XI.] *Quicquid corporis potentiam auget aut minuit, etiam mentis potentiam auget vel minuit.*

[ad p. 105] [Prop. XI. Schol.] Laetitia est passio qua mens ad majorem perfectionem transit. Tristitia qua ad minorem. Laetitia (tristitia) ad mentem et corpus simul relata est vel titillatio (dolor) quando una pars 25 per alias affecta est, vel hilaritas (melancholia) cum omnes pariter sunt affectae.

[p. 106] [Prop. XII.] *Mens, quantum potest, ea imaginari conatur,*⁴⁵ *quae Corporis agendi potentiam augment, vel juvant.*

[ad p. 106 sq.] [Prop. XII., Prop. XIII. Schol.] *Mens quantum potest ea 30 imaginari conatur, quae corporis agendi potentiam juvant; alia aversatur. Hinc oriuntur amor (odium) seu laetitia (tristitia), concomitante idea causae externae.*

⁴⁴ Zu Prop. IX. Schol.: Imo videntur ambo simul fieri, ob prop. I. hujus.

⁴⁵ Darüber: quomodo mens conatur?

[p. 106] [Prop. XII. Dem.] Quamdiu humanum Corpus affectum est modo, qui naturam corporis alicujus externi involvit, tamdiu Mens humana idem corpus, ut praesens, contemplabitur, (*per Prop. 17. p. 2.*) et consequenter (*per Prop. 7. p. 2.*) quamdiu Mens humana aliquod externum corpus, ut praesens, contemplatur, hoc est, (*per*
 5 *ejusdem Prop. Schol.*)⁴⁶ imaginatur, tamdiu humanum Corpus affectum est modo, qui naturam ejusdem corporis externi involvit; atque adeo, quamdiu Mens ea imaginatur, quae corporis nostri agendi potentiam augent, vel juvant, tamdiu Corpus affectum est modis, qui ejusdem agendi potentiam augent, vel juvant; (*vid. Post. I. hujus*) et consequenter (*per Prop. 11. hujus*) tamdiu Mentis cogitandi potentia augetur, vel juvatur;
 10 ac proinde (*per Prop. 6. vel 9. hujus*) Mens, quantum potest, eadem imaginari conatur. *Q.E.D.*

[p. 106] [Prop. XIII. Dem.] Quamdiu Mens quicquam tale imaginatur, tamdiu Mentis, et Corporis potentia minuitur, vel coercetur, (*ut in praeced. Prop. demonstravimus*)⁴⁷ et nihilominus id tamdiu imaginabitur, donec Mens aliud
 15 imaginetur, quod hujus praesentem existentiam secludat, (*per Prop. 17. p. 2.*) hoc est (ut modo ostendimus) Mentis, et Corporis potentia tamdiu minuitur, vel coercetur, donec Mens aliud imaginetur, quod hujus existentiam secludit, quodque adeo Mens, (*per Prop. 9. hujus*) quantum potest, imaginari, vel recordari conabitur. *Q.E.D.*

[ad p. 107] [Prop. XIV., XV.] *Si quis duobus affectibus simul commotus fuerit, alter alterum recurrere faciet. Itaque res quaevis per accidens potest esse causa laetitiae, tristitiae, cupiditatis.* Hinc fit ut per accidens aliquando res oderimus vel amemus.

[ad p. 109] [Prop. XVII. Schol.] Animi fluctuatio est inter contrarios affectus.

25 [p. 111] [Prop. XVIII. Schol. II.] . . . *Gaudium deinde est Laetitia, orta ex imagine rei praeteritae, de cujus eventu dubitamus.*⁴⁸ *Conscientiae denique morsus est tristitia, opposita gaudio.*

[ad p. 111] [Prop. XVIII. Schol. II.] *Spes (Metus) est inconstans laetitia (tristitia) orta ex imagine rei futurae vel rei praeteritae de cujus eventu dubitamus.* Sublata dubitatione fit:
 30

⁴⁶ *Am Rande:* Scholia non debent citari in demonstrationibus.

⁴⁷ *Zu demonstravimus:* rigorose agendo propositiones citandae in demonstrando, non demonstrationes.

⁴⁸ *Davor:* non

Securitas (desperatio) seu laetitia (tristitia) orta ex imagine rei quam metuimus (speravimus).

*Gaudium (conscientiae morsus) est laetitia (tristitia) orta ex imagine rei praeteritae de cujus eventu non dubitamus.*⁴⁹

[ad p. 111–114] [Prop. XIX. et Dem. et Prop. XX.–XXIII.] Cogitatio conservationis, laetitiaeque rei quam amamus, laetari facit. Contra in contrariis, odio, destructione, tristitia. 5

[ad p. 114] [Prop. XXIV. Schol.] Invidia est odium quatenus homo ita dispositus intelligitur ut alterius malo gaudeat, bono tristetur.

[ad p. 116 sq.] [Prop. XXVII. et Schol. I. Coroll. I., Schol. II.] Si *rem nobis* 10 *similem affectu aliquo affici percipiamus, simili affectu afficimur. Haec affectuum imitatio quando ad tristitiam refertur est Commiseratio*, quando ad cupiditatem, *aemulatio*. Porro hinc rem quam similem nobis, juvare conamur et quod eam tristitia afficit, odimus. *Benevolentia* est cupiditas juvandi *ex commiseratione orta*. 15

[ad p. 121] [Prop. XXXII. Schol.] Misericordia et odium pugnant.

[ad p. 115 sq.] [Prop. XXV. et Prop. XXVI. Schol.] *De nobis et re amata* id omne *conamur affirmare*⁵⁰ (credere propensi sumus) quod laetitiam afficit; negare quod tristitiam, contra de eo quod odimus. Hinc *Superbia est laetitia ex eo orta quod homo de se plus justo sentit*. Existimatio et 20 Despectus cum de alio quod amat vel odit.

[ad p. 118] [Prop. XXIX. Schol.] Omnes homines *Ambitionem* quandam habent id est agere quod alii cum laetitia aspiciunt; omittere quod secus. Alii id est quos non odimus.

[ad p. 119] [Prop. XXX. Schol.] *Gloria (pudor)* est laetitia (tristitia) ex 25 eo quod quis aliis placere gratus esse laetitia eos afficere (displicere ingratus esse, tristitia eos afficere) credit.

Similis in alio affectus auget nostrum (quia ut supra, etiam cum in nobis non est, facit esse).

⁴⁹ *Darunter: ¶*

30

⁵⁰ *Am Rande: Facile credimus quae speramus, difficulter quae metuimus.*

[ad p. 120] [Prop. XXXI. Schol.] *Ambitio conatus efficiendi ut alii ament, odio habeant, quae nos. Hinc dum omnes ab omnibus amari seu laudari volunt invicem sibi odio sunt.*

[ad p. 121] [Prop. XXXII. Schol.] Miseremur eorum quibus male est, et invidemus iis quibus bene est. (+ Atque ita ubique doloris materiam invenimus. +)

Pueri ex hoc solo rident vel flent, quod alios id facere vident, quia corpus eorum nondum stabile, sed adhuc velut in aequilibrio est.

[ad p. 121] [Prop. XXXII.] Conamur efficere ne quis aliqua re solus patiat, quia eo ipso dum ab eo expetitur qui nobis similis est, et a nobis expetitur.

[p. 121] [Prop. XXXIII.] *Cum rem nobis similem amamus, conamur, quantum possumus, efficere, ut nos contra amet.*⁵¹

[ad p. 123] [Prop. XXXV. Schol.] Zelotypia est odium rei amatae cum invidia junctum; quia conamur ab eo quod amamus amari, et magis autem amamur si soli. Augetur dolor quia imaginem rei amatae jungere cogimur, cum imagine ejus quem odimus et cui invidemus. Si foemina se alteri prostituit cogimur eam jungere cum eo quod in altero quem odimus, pudendum est.

[ad p. 123 sq.] [Prop. XXXVI.] Omnes circumstantiae cum quibus delectationem percepimus quodammodo gratae postea sunt. Et si postea iterum eadem re delectemur, easdem circumstantias requirimus.

[ad p. 124] [Prop. XXXVI. Schol.] Desiderium est tristitia ex absentia amati.

[ad p. 125] [Prop. XXXVIII. Dem.] Majus est odium quod nascitur ex amore extincto (et contra). Nam plures affectus coercendi quam si nunquam amasset, non tantum enim tristitia oritur ex eo quod omne odium ex tristitia est, sed et ex cessante amore, nam coercendus est amor et voluntas benefaciendi. Itaque tristitia oritur non tantum ex causa odii, sed et ex causa cessantis

⁵¹ Zu Prop. XXXIII.: Ratio quia conamur ipsi benefacere, id est efficere ut amemur. Sed hoc aliter adhuc probari potest, imo debet, potest enim quis beneficere velle, etsi non quaerat et cogitet se redamari.

16 invidemus (1) Hinc (2) Desiderium tristitia ex absentia amati. (3) Si L 30 benefacere, (1) ergo (2) id L

amoris.

[ad p. 126 sq.] [Prop. XXXIX. Schol.] Timor est affectus *quo homo disponitur ut id quod vult nolit, vel id quod non vult velit*, scilicet *ad malum futurum minore vitandum*. (+ ¶ Deberet esse tale aliquid respondens spei eodem modo ut timor metui. +) Timor ergo est metus quatenus homo disponitur ad malum futurum minore vitandum. *Si malum illud sit pudor, tunc timor appellatur verecundia. Si cupiditas malum futurum vitandi coercetur timore alterius mali, ut quid potius velis, nescias, et utrumque malum sit ex maximis, metus vocatur consternatio.*

[ad p. 127] [Prop. XL.] Odimus eum quem nos odisse credimus.

[ad p. 128] [Prop. XL. Schol.] *Ira est conatus malum inferendi ei quem odimus.*

Vindicta est conatus malum referendi ei a quo laesi sumus.

[ad p. 127 sq.] [Prop. XL. et XLI.] Qui nos sine causa odit, hunc magis odimus, quemadmodum magis amamus eum qui nos sine causa amat, quia solum amamus (vel odimus) ob laetitiam (tristitiam) qua nos amando (odio habendo) afficit, quia causam in ipso solum esse concipimus.

[ad p. 129] [Prop. XLII.] Ingratitudo ejus cui beneficimus tristitiam parit.

[ad p. 129] [Prop. XLIII.] *Odium reciproco odio augetur, amore deleri potest.*

[p. 131] [Prop. XLVI. Dem.] Hujus rei demonstratio patet ex Propositione 16. hujus Partis.⁵²

[ad p. 131] [Prop. XLVI.] *Si quis ab aliquo cujusdam ordinis sive nationis a sua diversae laetitia vel tristitia affectus fuerit*, comitante [idea] amoris, is propensus erit ad alios ejusdem nationis vel classis amandos vel odio habendos.

[ad p. 131 sq.] [Prop. XLVII. et Schol.] Laetitia ex destructione exosi non sine tristitia est (+ quia in triste saltem aliquid nobis simile seu humanitatem amavimus +). Praeterea vindicta seu destructio hostis non tollunt memoriam pristinorum malorum, sed potius refutant. Sed tamen hujus recordatione et

⁵² Zu Prop. XLVI. Dem.: est ergo corollarium tantum ejus

laetitia repetitur seu memoria liberationis a malo hujus malorum rei ⟨ – – – ⟩

[ad p. 133] [Prop. XLIX. et Dem.] *Major amor atque odium erga rem* quam ut liberam cogitamus, *quam erga necessariam*; quia in re quae non sponte vel non sola et per se agit, dividitur amoris atque odii causa in plures.

5 [ad p. 133 sq.] [Prop. L. Schol.] Omina bona malave vocamus, quae per accidens boni malive causa sunt (+ inprimis si quandam habent similitudinem naturae, et notae memorialis instar, ut bubo animal triste; impingere in limen, dum domo exis. Huc pertinet oneirocritica +), hinc ortae superstitiones.

10 Ex definitione horum affectuum patet, *non dari spem sine metu, nec metum sine spe*.

[ad p. 134 sq.] [Prop. LI. Schol.] Timidum voco qui malum timet quod ego contemno, at si insuper hoc addam quod ejus cupiditas timore mali coercetur quod me continere nequit, pusillanimum appellabo.

15 Intrepidum, *qui malum contemnit quod ego metuo* et si insuper cogitem quod audet quae ego timeo, id est quod ejus cupiditas bene aut male faciendi his quos amat aut odit, *non coercetur timore mali quo ego contineri soleo, Audacem* vocabo. Cum ergo saepe ex imaginariis judicemus et causae nostri boni malive simus, patet quid sit Acquiescentia et poenitentia.

20 *Acquiescentia est laetitia comitante idea sui tanquam causa.* Poenitentia vero hujusmodi tristitia est. *Et hi affectus vehementiores sunt, quia homines se liberos credunt.*

[ad p. 135–137] [Prop. LII. et Dem., Schol.] Si quod objectum aliquid singulare habet, in eo contemplando diutius moramur. Si vero nihil in eo nisi commune, et quod antea simul cum aliis vidimus, non diu in eo haeremus:

25 *Mentis affectio haec seu rei singularis imaginatio quatenus sola in mente versatur vocatur Admiratio.*

Consternatio est admiratio mali quae hominem ita suspensum tenet, *ut de aliis cogitare non valeat, quibus id vitari possit.*

30 Admiratio excellentiae alienae supra nos, est Veneratio. Malitiae horror. Veneratio et horror amorem et odium augent, possunt et aliis affectibus jungi.

12 (1) Intrepidum voco qui malum contemnit quod ego (a) timeo (b) metuo, seu qui audet quod ego timeo. Et pusillanimum cujus cupiditas coercetur metu rei quam ego contemno (2) Timidum L 15 ego (1) timeo (2) | metuo erg. | L

Contemptus plerumque ex eo oritur quod in re aliquid expectaremus, quia cum aliis quas solemus admirari vel aestimare, aliquid simile habebat. Sed ubi re cominus inspecta, nihil tale in ea deprehendimus, eam contemnimus. Devotio ex veneratione rei quam amamus vel unde speramus.

Irrisio ex contemptu rei quam odimus aut metuimus.

5

Ut veneratio ex admiratione virtutis,⁵³ ita dedignatio ex contemptu stultitiae.

[ad p. 138] [Prop. LIV.] Ea tantum imaginari conamur, quae nostram potentiam ponunt (+ nam quo nos distinctius contemplamur, eo ad maiorem perfectionem transimus +). Hinc laudes placent, vituperia displicent.

10

[ad p. 138 sq.] [Prop. LV. Schol.] Humilitas est tristitia comitante idea nostrae imbecillitatis. Laetitia ex contemplatione nostri philautia seu acquiescentia. Hinc unusquisque sua facta narrare et se ostentare gestit. (+ Si quis sua non ostendet, alterum sequitur vel humilem esse, vel stupidum aut in aliis defixum, vel praesentium contemptorem. +) Homines sunt natura invidi (+ qui eo magis se admirantur, quo magis bona sua singularia et sibi propria putant +). Accedit educatio. Solent enim liberi honoris stimulis excitari.

15

[ad p. 139 sq.] [Prop. LV. Dem. et Schol.] Dissimili non invidemus (+ quia non nisi in nostra specie singulares esse quaerimus +), quia ea tantum expetimus quae ex nostra natura sequuntur. Hinc *arboribus altitudinem, leonibus fortitudinem non invidemus* (+ nec mortuis invidemus alia ex causa, quia nostras virtutes non obumbrant, alioqui et ipsis invidemus +).

20

[ad p. 141] [Prop. LVI. Schol.] Ebriositas, Libido, etc. sunt immoderatae cupiditates potandi, rei veneriae, etc. Temperantia vero et castitas non sunt affectus his oppositi, *sed indicant potentiam animi, quae hos affectus moderatur.*

25

[ad p. 142] [Prop. LVII. Dem.] *Omnes affectus reducuntur ad Cupiditatem* (+ Fugam +) *laetitiam et tristitiam.*

⁵³ *Darüber: prudentiae*

30

4 unde *erg. L* 13 f. *gestit. (I)* Homines natura sunt invidi (quia magis (2) (+ Si *L* 24 f. sunt (*I*) affectus (2) | immoderatae *erg.* | cupiditates *L*

[p. 143] [Prop. LVII. Schol.] Hinc sequitur affectus animalium, quae irrationalia dicuntur, (bruta enim sentire nequaquam dubitare possumus, postquam Mentis novimus originem) ab affectibus hominum tantum differre, quantum eorum natura a natura humana differt. . . .

5 [ad p. 143] [Prop. LVIII. et Dem.] *Praeter Laetitiam et cupiditatem passiones, dantur et Laetitia et cupiditas actiones.* Nam mens quatenus agit ideas habet adaequatas, et eatenus suam potentiam distincte concipit. Id est laetatur.

10 [ad p. 144 sq.] [Prop. LIX. Schol.] Fortitudo est status animi quatenus in eo sunt affectus in quibus Mens agit seu potentiam suam libere exercet. Et hanc *distinguo in Animositatem et Generositatem.* Animositas est cupiditas conservandi sese ex dictamine rationis. Generositas est cupiditas juvandi alios, sibi que amicitia jungendi ex eodem dictamine rationis. *Temperantia, Sobrietas, Praesentia animi, sunt species animositatis, Modestia, Clementia generositatis.* (+ Fastidium cum ratio odii est ipsa finitio. +)

[p. 145] [Prop. LIX. Schol.] . . . Caeterum Corporis affectiones externas, quae in affectibus observantur, ut sunt tremor, livor, singultus, risus etc. neglexi, quia ad solum Corpus absque ulla ad Mentem relatione referuntur. . . .

20 [p. 146] [Affectuum Def. I.] Cupiditas est ipsa hominis essentia, quatenus ex data quacunque ejus affectione determinata concipitur ad aliquid agendum.⁵⁴

Affectuum definitiones

25 [ad p. 146] [Def. I.] *Cupiditas (+ potius Appetitus +) est ipsa hominis essentia, quatenus ex data quacunque ejus affectione determinata concipitur ad agendum.*

[p. 146] [Def. I. Expl.] . . . Nam per affectionem humanae essentiae quamcunque ejusdem essentiae constitutionem intelligimus, sive ea sit innata, sive quod ipsa per solum Cogitationis, sive per solum Extensionis attributum concipiatur, sive denique quod ad

30 ⁵⁴ *Zur Def. I.: ubi fuga? est cupiditas amovendi*

utrumque simul referatur. Hic igitur Cupiditatis nomine intelligo hominis quoscunque conatus, impetus, appetitus, et volitiones, qui pro varia ejusdem hominis constitutione varii, et non raro adeo sibi invicem oppositi sunt, ut homo diversimode trahatur, et, quo se vertat, nesciat.⁵⁵

[p. 147] [Def. II.] Laetitia est hominis transitio a minore ad majorem perfectionem.⁵⁶ 5

[ad p. 147] [Def. II. et III.] *Laetitia (tristitia) est transitus a minore (majore) ad majorem (minorem) perfectionem.*

[ad p. 147] [Def. IV. et Expl.] *Admiratio est rei alicujus imaginatio in qua mens defixa propterea manet, quia haec singularis imaginatio nullam cum reliquis habet connexionem.* 10

Nam mens ex unius contemplatione statim in aliud incidit, ob rerum connexionem.

[ad p. 148] [Def. V. et Def. IV. Expl.] *Contemptus est rei alicujus imaginatio quae mentem adeo parum tangit, ut ipsa mens ex rei praesentia magis moveatur ad ea imaginandum quae in ipsa re non sunt, quam quae in ipsa sunt.* 15

Admiratio et contemptus non sunt affectus, quemadmodum cupiditas laetitia et tristitia, sed tantum varias affectuum species producant quatenus laetitiae tristitiae cupiditati junguntur. Alias variationes affectuum, ut a veneratione dedignatione de quibus supra huc afferre nil necesse est, nam quia nulli affectus ex his nomen trahunt. 20

[ad p. 148] [Def. VI.] *Amor est laetitia concomitante idea causae externae.*

[ad p. 149] [Def. VII.] *Odium est tristitia concomitante idea causae externae.*

[ad p. 149] [Def. VIII.] *Propensio est laetitia comitante idea rei quae per accidens causa laetitiae est.* 25

⁵⁵ Zur Def. I. Expl.: Imo definitionem ingredi debet cogitatio, alioqui casus ejus qui non sustinetur erit cupiditas.

⁵⁶ Zur Def. II.: Possum perfectionem corporis augere, ut non sentiam, ut si fiam pulchrior; si membra in majus robur crescant. Responderi potest, insensibilem esse hunc transitum adeoque et laetitiam. 30

[ad p. 149] [Def. IX.] *Aversio tristitia est comitante idea rei quae per accidens tristitiae causa est.*

[ad p. 149] [Def. X. et Expl.] *Devotio est amor ejus quem admiramur. Si familiaris fiat res amata, devotio transit in simplicem amorem.*

[ad p. 149] [Def. XI. et Expl.] *Irrisio est laetitia ex imaginatione alicujus materiae contemptus in eo quem odimus.*

Haec laetitia solida non est, quia cum odio id est tristitia juncta.

[ad p. 150] [Def. XII.] *Spes est inconstans laetitia, orta ex idea rei futurae vel praeteritae de cujus eventu aliquatenus dubitamus.*

[ad p. 150] [Def. XIII. et Expl.] *Metus est inconstans tristitia orta ex idea rei futurae vel praeteritae de cujus eventu aliquatenus dubitamus.*

Ergo non datur spes sine metu, nec metus sine spe.

[ad p. 150] [Def. XIV., XV. et Expl.] *Securitas (Desperatio) est laetitia (tristitia) orta ex idea rei futurae vel praeteritae de qua dubitandi causa sublata est.*

Oritur ergo ex spe securitas ex metu desperatio: aliud est esse certum (nam de futuris nunquam revera possumus esse certi) aliud non dubitare, quod fit causa dubitandi non existente.

[ad p. 151] [Def. XVI. et XVII.] *Gaudium (conscientiae morsus) est laetitia (tristitia) concomitante idea rei praeteritae quae praeter spem evenit.*

[ad p. 151] [Def. XVIII.] *Commiseratio est tristitia concomitante idea mali quod alteri quem nobis similem esse imaginamur, evenit.*

[ad p. 151] [Def. XIX.] *Favor est amor erga aliquem qui alteri benefecit.*

[ad p. 151] [Def. XX. et Expl.] *Indignatio est odium erga aliquem qui alteri malefecit. Haec vocabula vulgo aliter sumi agnoscitur.*

[ad p. 151] [Def. XXI.] *Existimatio est de aliquo prae amore plus justo sentire.*

[ad p. 151 sq.] [Def. XXII. et Expl.] *Despectus est de aliquo prae odio minus juste sentire (+ ergo haec vitium involvunt +). Possunt intelligi effectus vel etiam species amoris et odii.*

[ad p. 152] [Def. XXIII.] *Invidia est odium quatenus hominem ita afficit, ut ex alterius felicitate contristetur, et contra, ut alterius malo gaudeat.*

[ad p. 152] [Def. XXIV et Expl.] *Misericordia (generalius sumta quam vocabulum fert) ita scilicet ut invidiae opponatur, est Amor quatenus hominem ita afficit, ut ex bono alterius gaudeat, et contra ut ex malo alterius*

contristetur.

Atque hi sunt effectus laetitiae et tristitiae, quos idea rei externae comitatur tanquam causa per se vel per accidens. Sequuntur affectus quos idea causae internae comitatur tanquam causa.

[ad p. 152] [Def. XXV.] *Acquiescentia in se ipso est laetitia orta ex eo quod homo seipsum suamque agendi potentiam contemplatur.* 5

[ad p. 152] [Def. XXVI.] *Humilitas est tristitia orta ex eo quod homo seipsum suamque agendi imbecillitatem contemplatur.*

[ad p. 153] [Def. XXVII.] *Poenitentia est tristitia comitante idea alicujus facti, quod nos ex libero mentis decreto fecisse credimus.* 10

[ad p. 153] [Def. XXVII. Expl.] *Prout quisque varie educatus atque institutus, facti eum poenitet, aut eo gloriatur.*

[ad p. 153] [Def. XXVIII. et Expl.] *Superbia est de se prae amore sui plus justo sentire vel Amor sui quatenus efficit hominem de se plus justo sentire.*

[ad p. 154 sq.] [Def. XXIX. et Expl.] *Abjectio est de se prae tristitia minus justo sentire. Natura humana contra humilitatem et abjectionem quantum potest nititur, ideo rari sunt hi affectus, et saepe qui maxime creduntur abjecti et humiles maxime superbi et invidi sunt.* 15

[ad p. 155] [Def. XXX.] *Gloria est laetitia concomitante idea alicujus nostrae actionis quam alios laudare imaginamur.* 20

[ad p. 155] [Def. XXXI.] *Pudor est tristitia comitante idea alicujus actionis, quam alios vituperare credimus.*

[ad p. 155] [Def. XXXI. Expl.] *Verecundia est metus seu timor pudoris, quo continetur ne quid turpe committat.*

Hactenus affectus laetitiae et tristitiae. Sequuntur cupiditates. 25

[ad p. 155] [Def. XXXII. et Expl.] *Desiderium est cupiditas seu appetitus, re aliqua potiundi, quae ejusdem rei memoria fovetur, et simul aliarum rerum memoria coercetur.*

Continet ergo tristitiam, oppositam laetitiae quae ex absentia rei quam odimus oritur. 30

[ad p. 156] [Def. XXXIII. et Expl.] *Aemulatio est alicujus rei cupiditas quae nobis ingeneratur ex eo quod alios eandem cupiditatem habere imaginamur.*

Aliud est vulgo *imitari alterius affectum*, aliud aemulari, ut imitatur qui fugit quia alios fugere videtur. Itaque nos vulgi usum sequentes eum tantum aemulum dicimus qui alterum circa honesta jucunda utilia imitatur. Huic affectui plerumque juncta invidia est.

[ad p. 156] [Def. XXXIV.] *Gratia seu gratitudo est cupiditas seu amoris studium quo illi benefacere conamur, qui in nos pari amoris affectu beneficium contulit.*

[ad p. 156] [Def. XXXV.] *Benevolentia est cupiditas benefaciendi ei cujus nos miseret.*

[ad p. 156] [Def. XXXVI.] *Ira est cupiditas, qua ex odio incitatur ad illi quem odimus, malum inferendum.*

[ad p. 157] [Def. XXXVII.] *Vindicta est cupiditas qua ex reciproco odio concitatur ad malum illi inferendum qui nobis pari affectu damnum intulit.*

[ad p. 157] [Def. XXXVIII. et Expl.] *Crudelitas seu saevitia est cupiditas qua aliquis concitatur ad malum inferendum ei quem amamus vel cujus nos miseret (+ quem amare vel cujus misereri debere nobis videtur +).*

Crudelitati opponitur Clementia, quae passio non est, sed animi potentia qua quis iram et vindictam moderatur.

[ad p. 157] [Def. XXXIX.] *Timor est cupiditas maius quod metuimus malum minore vitandi.*

[ad p. 157] [Def. XL.] *Audacia est cupiditas qua aliquis incitatur ad agendum cum periculo quod ejus aequales subire metuunt.*

[ad p. 157] [Def. XLI. et Expl.] *Pusillanimitas dicitur quo aliquis incitatur ad aliquid agendum cum periculo quod ejus aequales subire audent.*

Non est ergo cupiditas, sed coercitio cupiditatis, seu metus mali quod plerique non solent metuere.

[ad p. 157 sq.] [Def. XLII. et Expl.] *Consternatio dicitur de eo cujus cupiditas malum vitandi coercetur admiratione mali quod timet.*

Est ergo species pusillanimitatis (+ imo non puto, nec definitiones consentiunt +). Sed quia ex duplici timore oritur commodius sic definietur, *Metus qui hominem stupefactum aut fluctuantem ita continet, ut malum amovere non possit.* Stupefactum dico, admiratione, fluctuantem, quia cupiditas malum amovendi coercetur non admiratione tantum, sed et timore alterius

mali, unde fit ut quodnam ex duobus avertere debeat, nesciat.

[ad p. 158] [Def. XLIII.] *Humanitas seu Modestia est cupiditas ea faciendi quae hominibus placent, et omittendi quae displicent (+ complaisance +).*

[ad p. 158] [Def. XLIV. et Expl.] *Ambitio est immodica gloriae cupiditas,* 5
hoc affectu omnes alii affectus foventur et corroborantur et ideo difficillime superari potest.

[ad p. 158] [Def. XLV.] *Luxuria est amor vel cupiditas immoderata convivandi.*

[ad p. 158] [Def. XLVI.] *Ebrietas est amor vel cupiditas immoderata* 10
potandi.

[ad p. 158] [Def. XLVII.] *Avaritia est amor vel cupiditas immoderata divitiarum.*

[ad p. 158 sq.] [Def. XLVIII. et Expl.] *Libido Amor vel cupiditas in commiscendis corporibus vocatur. Libido sive modica sive immodica. His* 15
quinque.

Contrariae illis virtutes sunt non passionibus sed mentis potentiae. *Nihil ergo his opponi potest praeter Generositatem et Animositatem, Affectus activos seu mutatione conjunctos.*

[ad p. 159 sq.] [Def. gen. et Expl.] Generaliter *Affectus* passivus (quatenus 20
ad solam mentem refertur) seu animi *pathema est confusa idea qua Mens majorem vel minorem sui corporis vel alicujus ejus partis existendi vim quam antea affirmat, et qua data ipsa mens ad hoc potius quam ad illud cogitandum determinatur.*

Nam Mens patitur tantum quatenus ideas confusas habet. Prior pars 25
definitionis exprimit laetitiam et tristitiam, nam existendi vis est agendi potentia. Major minorve agendi vis affirmatur: non comparando cum praeterita, sed quod idea aliquid de corpore affirmat, quod majorem vel minorem realitatem seu perfectionem involvit quam antea. Unde et corporis vim auctam vel minutam esse necesse est, nam perfectio seu realitas ideae 30
pendet a perfectione objecti. Ultima pars definitionis explicat cupiditatem. (+ Miror illum nihil dedisse laetitiae tristitiaeque pariter ac cupiditati commune, quod debebat. +)

[Pars Quarta, De Servitute Humana, seu de Affectuum Viribus]

[ad p. 161] [Praef.] Servitus humana est impotentia in moderandis affectibus.

[ad p. 161, 163] [Praef.] Perfectum opus est quod ad finem quem autor sibi proposuit perductum est. Itaque si quis opus videat cujus simile nunquam vidit, nec mentem opificis novit judicare non potest opus ne illud perfectum an imperfectum sit. Quia autem omnia ad notionem Entis revocari possunt, in quo omnia similia sunt, hinc generali sensu perfectio idem est quod realitas.

[p. 162] [Praef.] . . . *Ostendimus enim in Primae Partis Appendice Naturam propter finem non agere; aeternum namque illud, et infinitum Ens, quod Deum, seu Naturam appellamus, eadem, qua existit, necessitate agit.*⁵⁷ *Ex qua enim naturae necessitate existit, ex eadem ipsum agere ostendimus.* (Prop. 16. p. 1.) *Ratio igitur, seu causa, cur Deus, seu Natura agit, et cur existit, una, eademque est. Ut ergo nullius finis causa existit, nullius etiam finis causa agit;*⁵⁸ *sed ut existendi, sic et agendi principium, vel finem habet nullum. . . .*

[ad p. 165] [Praef.] *Non potest res dici perfectior quia plus temporis in agendo perseveravit.*

[ad p. 165] [Def. III.] *Contingens est in cujus essentia nihil invenimus quod existentiam ponat vel tollat.*

[ad p. 165] [Def. IV.] *Res possibilis est dum quatenus ad causas ex quibus produci debet attendimus nescimus an ipsae determinatae sint ad res producendum.*

[ad p. 166] [Ad Def. VI.] *Sicut omnia illa objecta quae ultra 200 pedes a nobis distant, seu quorum distantia a loco in quo sumus illam superat quam distincte imaginamur, aequae a nobis distare et perinde ac si in eodem plano essent imaginari solemus, ita enim objecta quorum existendi tempus longiore a praesenti intervallo abesse imaginamur quam quod distincte imaginari solemus, omnia aequae longe a praesenti distare imaginamur, et quasi ad unum temporis punctum referimus.*

⁵⁷ *Über necessitate agit:* potest quid propter finem necessario agere

⁵⁸ *Am Fuß der Seite:* Eodem argumento probaretur nec hominem agere ob finem.

[ad p. 166] [Ax.] Unaquaque re datur alia potentior.

[ad p. 167 sq.] [Prop. I. Dem. et Schol.] *Imaginationes non praesentia veri quatenus verum est, evanescunt, sed quia aliae occurrunt iis fortiores.* Hinc etsi solem sciamus majorem esse quam apparet, non ideo tamen imaginationem corrigimus. Timor evanescit contraria imaginatione boni nuntii veri falsi. 5

[ad p. 171] [Prop. VII. Dem.] *Nec itaque affectus coerceri vel tolli potest nisi per affectum contrarium et fortiolem;* non vero sola cognitione boni aut mali.

[ad p. 171] [Prop. VIII. et Dem.] *Cognitio boni vel mali nihil aliud est quam laetitiae vel tristitiae affectus quatenus ejus sumus conscii.* Est enim saltem idea laetitiae et tristitiae a re ortae, quae idea affectus ab ipso affectu non nisi ratione differt. 10

[ad p. 172] [Prop. IX. et Dem.] *Imaginatio autem haec fortior est, cum nihil imaginamur, quod rei externae praesentem existentiam secludit.* (+ Hoc enim solo imaginationem a sensu distinguimus. +) 15

[ad p. 173] [Prop. X.] Hinc praesentibus, aut propinquis magis efficimur, quam praeteritis aut futuris longinquis.

[ad p. 173] [Prop. XI.] *Intensior affectus erga rem quam necessariam cogitamus.* 20

[ad p. 174] [Prop. XII. Dem.] Fortior affectus erga res quas praesentes cogitamus quam erga futuras aut praeteritas, et erga has eo fortior quo apparent propiores.

[ad p. 177 sq.] [Prop. XVIII. et Dem.] *Cupiditas ex laetitia fortior quam ex tristitia,* quia illa ipso laetitiae affectu iuvatur haec tristitiae affectu coercetur. 25

[ad p. 178 sq.] [Prop. XVIII. Schol.] *Virtus est ex legibus propriae naturae agere;* adeoque *virtutis fundamentum* est conatus conservandi sui seu prima est virtus.

Hinc virtus propter se appetenda, nec aliud ea melius. *Qui se interficiunt animo impotentes sunt, et a causis externis suae naturae repugnantibus vincuntur.* Aliis rebus ad conservationem nostri indigemus. Nihil extra nos homini utilius homine. Ex duobus individuis similibus componitur *duplo potentius* (+ imo magis +). Nihil hominibus praestantius quam si ita 30

conspirent, ut nihil sibi appetant, quod non et aliis cupiant.

[ad p. 181 sq.] [Prop. XXIII. et Dem.] Homo ex virtute agit quatenus agit ex ideis adaequatis, seu quatenus pure agit sine passione.

[ad p. 182] [Prop. XXIV.] *Ex virtute agere* est ex ratione agere.

5 [ad p. 183] [Prop. XXVI. et Dem.] *Quicquid ex ratione conamur, nihil aliud est, quam intelligere* quia nihil aliud ratio quam mens quatenus clare distincteque intelligit.

Itaque nihil revera utile nobis est, quam *quod ad intelligendum conducit*.

10 [ad p. 184] [Prop. XXVIII. et Dem.] Hinc *summum mentis bonum est Dei cognitio*, nempe sive summi intelligibilis.

[ad p. 184] [Prop. XXIX. et Dem.] *Res singularis a nostra plane diversa potentiam nostram* nec iuvat nec coercet, quia omne finitum non nisi re homogenea determinatur, et non nisi a re qua determinatur coerceri aut juvari potest. (+ Hoc erat probandum. +)

15 [ad p. 185] [Dem. XXX. et XXXI.] Res mala est per id, quod habet naturae nostrae contrarium quatenus vero nobiscum convenit bona est, et quo magis convenit, eo utilior est.

20 [ad p. 186] [Prop. XXXII. et Dem. et Schol.] Non conveniunt *homines natura quatenus passionibus obnoxii sunt*. Passiones enim dicunt impotentiam seu negationem. Quae autem in negativis conveniunt, non ideo natura conveniunt, ut album et nigrum quatenus non rubra sunt.

[ad p. 187 sq.] [Prop. XXXIII. et Dem., Prop. XXXIV. Schol.] Imo affectibus homines discrepant, unus ab alio, et idem a seipso, quia affectuum natura explicanda ex causis externis. Unde et eatenus homines contrarii sunt, 25 sane Titius Cajo non contrarius quatenus idem amant, sed quatenus non possunt idem possidere.

[ad p. 188 sq.] [Prop. XXXV. et Coroll. II.] Sed *quatenus homines ex ductu rationis vivunt natura semper necessario conveniunt*. Hinc quo magis quisque suum *utile quaerit* eo magis *sibi invicem sunt utiles*. Neque 30 quicquam homini homine utilius.

[ad p. 190] [Prop. XXXVI. et Dem.] Summo quoque bono *eorum qui virtutem sectantur* omnes aequè gaudere possunt. Hoc enim est *Deum cognoscere*.

[p. 192 sq.] [Prop. XXXVII. Schol. I.] . . . Porro quicquid cupimus, et agimus, cujus 35 causa sumus, quatenus Dei habemus ideam, sive quatenus Deum cognoscimus, ad

Religionem refero. Cupiditatem autem bene faciendi, quae ex eo ingeneratur, quod ex rationis ductu vivimus, Pietatem voco. Cupiditatem deinde, qua homo, qui ex ductu rationis vivit, tenetur, ut reliquos sibi amicitia jungat, Honestatem voco, et id honestum, quod homines, qui ex ductu rationis vivunt, laudant, et id contra turpe, quod conciliandae amicitiae repugnat. Praeter haec, civitatis etiam quatenam sint fundamenta ostendi. Differentia deinde inter veram virtutem, et impotentiam facile ex supra dictis percipitur; nempe quod vera virtus nihil aliud sit, quam ex solo rationis ductu vivere; atque adeo impotentia in hoc solo consistit, quod homo a rebus, quae extra ipsum sunt, duci se patiatur, et ab iis ad ea agendum determinetur, quae rerum externarum communis constitutio; non autem ea, quae ipsa ipsius natura, in se sola considerata, postulat. Atque haec illa sunt, quae in Scholio Propositionis 18. hujus Partis demonstrare promisi, ex quibus apparet legem illam de non mactandis brutis, magis vana superstitione, et muliebri misericordia, quam sana ratione fundatam esse. Docet quidem ratio nostrum utile quaerendi necessitudinem cum hominibus jungere; sed non cum brutis, aut rebus, quarum natura a natura humana est diversa; sed idem jus, quod illa in nos habent, nos in ea habere. Imo quia uniuscujusque jus virtute, seu potentia uniuscujusque definitur, longe majus homines in bruta, quam haec in homines jus habent. Nec tamen nego bruta sentire; sed nego, quod propterea non liceat nostrae utilitati consulere, et iisdem ad libitum uti, eademque tractare, prout nobis magis convenit; quandoquidem nobiscum natura non conveniunt, et eorum affectus ab affectibus humanis sunt natura diversi. (*vide Schol. Prop. 57. p. 3.*) . . .

[ad p. 191–193] [Prop. XXXVII. et Schol. I.] Hinc quisque summum suum bonum etiam aliis cupiet.

Contra quae illi desiderant qui ex affectu agunt plurimum aequae esse non possunt. Hinc qui ex affectu agunt sibi non constant. Volunt enim alios amare quae ipsi amant, et nolunt tamen alios illis potiri. Et dum laudes rei amatae narrant, timent credi. Ex Religione est, quicquid cupimus atque agimus quatenus Dei habemus ideam. Pietas est cupiditas benefaciendi ex eo ingenerata, quod rationis ductu vivimus. Honestas est cupiditas qua homo ex rationis ductu vivens tenetur ut alios sibi amicitia jungat. Itaque honestum quod huic amicitiae convenit, turpe quod repugnat.

Non *nego bruta sentire* (part. 4. prop. [37.] Schol. 1.), *sed nego quod propterea non liceat iis ad libitum uti*, prout convenit utilitati nostrae, quia

nobiscum natura non conveniunt, neque ratio docet ut cum illis necessitudine jungamur.

[ad p. 193–195] [Prop. XXXVII. Schol. II.] Unusquisque summum jus habet agendi quicquid sibi utile videtur. Et si omnes ex ratione viverent, potirentur effectum iuris sui, *absque alterius damno*, sed cum affectibus trahantur *qui*

5 *potentiam humanam superant, auxilio mutuo indigent*, unde jure suo decedere debent, seque securos reddere, quod nihil acturi sint alterius damno. Securos se reddunt affectus suos coercendo majore affectu, timore scilicet majoris damni. Itaque potestas *de bono et malo judicandi* ac sese vindicandi translata est in societatem, quae leges fert, et poenas statuit. *Haec*
10 *societas civitas appellatur*. Nullum in statu naturali peccatum. In statu naturali omnia sunt omnium. *Justum et injustum, peccatum et meritum notiones extrinsecae* sunt a civitatis decreto sumtae.

[ad p. 195] [Prop. XXXVIII. et Dem.] *Quod corpus hominis ita disponit, ut pluribus modis possit affici*, aliaque corpora afficere, id homini utile est.

15 Contra noxium. Nam *eo aptior mens redditur ad percipiendum*.

[ad p. 195] [Prop. XXXIX. et Dem.] Item *quae efficiunt, ut motus et quietis ratio, quam partes corporis humani ad se invicem habent, conservetur*. Nam in horum motuum communicatione humani corporis forma consistit.

[ad p. 196] [Prop. XXXIX. Schol.] Fieri potest, ut *retenta sanguinis*
20 *circulatione, et aliis propter quae corpus vivere existimatur, corpus nihilominus in aliam naturam a sua diversam mutetur*. Quod etiam mortem voco, licet *non mutetur corpus in cadaver*. Ita Hispanum quendam poetam narrant morbo correptum convaluisse quidem sed sui ita fuisse oblitum, *ut fabulas et tragoedias quas fecerat non crediderit suas esse, et potuisset pro*
25 *infante adulto haberi, si linguae etiam fuisset oblitus*. Quin et hominibus proventis *persuaderi non posset, se infantes fuisse, nisi ex aliis de se conjecturam facerent. Sed ne superstitiosis materiam suppeditem novas quaestiones movendi malo haec in medio relinquere*.

[ad p. 197] [Prop. XL.] *Utilia quae ad hominum societatem et concordiam*
30 *conducunt*.

[ad p. 197] [Prop. XLI.] *Laetitia directe bona est, tristitia directe mala est*.

[ad p. 197 sq.] [Prop. XLII. et Dem.] *Hilaritas excessum habere nequit seu semper bona est, melancholia semper mala*. Juvatur enim hominis virtus omnibus partibus aequae affectis seu servata motus ratione. Contra

Melancholia corporis potentia absolute coercetur.

[ad p. 198] [Prop. XLIII.] *Titillatio mala esse potest, et dolor bonus.*

[ad p. 198 sq.] [Prop. XLIV. et Dem. et Schol.] *Amor et cupiditas excessum habere possunt, quia amor laetitiam includit, quae si titillatio sit excessum habere potest. Et quia cupiditas una alia major est, hinc potest una reliquas 5 superare adeoque excessum habere.*

Cum homo aliquo objecto ita pertinaciter afficitur ut quamvis absens coram habere credat delirare dicitur, si vigilet. Hoc tamen quodammodo accidit amore ardentibus, avaris, ambitiosis.

[ad p. 199 sq.] [Prop. XLV. et Dem., Coroll. I., Schol.] *Odium semper 10 malum est, quia destruere hominem conamur. Itaque invidia, irrisio, contemptus, ira, vindicta quatenus de odio participant, mali sunt.*

Nullum numen, nec alius nisi invidus impotentia et incommodo alterius delectatur, aut lacrymas, singultus, metum, quae animi impotentis sunt, virtuti ducit. Sed contra quo majori laetitia afficimur, eo ad majorem 15 perfectionem transimus. Rebus itaque uti, et iis quantum fieri potest delectari non tamen ad nauseam usque (nam hoc delectari non est), viri est sapientis. Viri inquam sapientis est moderato et suavi cibo ac potu se reficere, et recreare, et odoribus, plantarum virentium amoenitate, ornatu, musica, ludis exercitatoriis, theatri, et aliis quibus quisque absque alterius 20 damno uti potest. Itaque et varietate opus est voluptatum.

[ad p. 201] [Prop. XLVI et Dem. et Schol.] *Qui ex ratione vivit, conatur alterius odium, iram, contemptum, amore et generositate compensare. Odium enim odio reciproco augetur, amore minuitur. Qui amore certat, secure pugnat, et unus pluribus resistit, et qui odio antea habuerant, libenter 25 vincuntur.*

[ad p. 201 sq.] [Prop. XLVII. et Dem. et Schol.] *Spes et metus per se boni non sunt, nam sine tristitia non dantur, quia nec spes sine metu. Securitas et gaudium affectus sunt laetitiae, sed tristitiam praecessisse supponunt. (+ Imo major laetitia post aliquam tristitiam. +) Rationis est, non duci spe 30 metuque, nec ex fortuna, sed ratione pendere.*

[ad p. 202] [Prop. XLVIII. et XLIX.] *Existimare et despiciere seu plus minusve justo sentire semper mala. Quia et illa superbum haec abjectum*

reddere eum potest, de quo sic sentimus.

[ad p. 203] [Prop. L. et Dem. et Schol.] *Commiseratio in homine secundum rationem vivente per se mala et inutilis*, inutilis enim tristitia, sufficit conatus juvandi.

5 [ad p. 204] [Prop. LI. et Dem.] *At favor* seu amor ejus *qui alteri benefecit*.

[ad p. 204 sq.] [Prop. LII. et Schol.] *Acquiescentia in seipso* summum est, quod quis sperare potest, hinc *gloria maxime ducimur, et vitam cum probro vix ferre possumus*.

10 [ad p. 205] [Prop. LIII. et Dem.] *Humilitas non est virtus nec ex ratione oritur*, quatenus scilicet pro tristitia sumitur.

[ad p. 206] [Prop. LIV. et Schol.] *Poenitentia virtus non est, nec ex ratione oritur, sed is quem facti poenitet, bis miser est*.

15 *Quia tamen homines raro ex ratione vivunt, hinc humilitas poenitentia spes metus plus utilitatis quam damni afferunt*. Itaque in hanc *potius partem peccandum* est. Hinc prophetae qui communi utilitati consulunt eas commendant. Facilius enim ducuntur qui his obnoxii sunt, donec liberi et ipsi fiant, *et beatorum vita fruuntur*.

20 [ad p. 206 sq.] [Prop. LV., LVI. et Dem., Coroll., Schol.] Superbi et abjecti se ignorant, ergo et virtutum fundamentum sui conservationem. Hinc maxime affectibus obnoxii *facilius tamen abjectio* corrigitur, quia laetitia fortior tristitia.

[ad p. 207 sq.] [Prop. LVII. et Schol.] Superbi adulatoribus gaudent, non generosis.

Superbi affectibus amoris et misericordiae minime obnoxii sunt.

25 Abjecti aliorum malis laetantur, gaudent enim alios sibi appropinquari: *solamen miseris*. Itaque invidi ad carpendum proni.

[ad p. 209] [Prop. LVIII. Schol.] *Gloria est acquiescentia in seipso* quae aliorum *opinione fovetur*, itaque ex ratione oriri potest. Sed si cessante aliorum opinione cesset, vana est. Vulgus inconstans, fama evanida.

30 Aemulationes.

Pudor ita bonus est, quemadmodum bonum est *partem laesam nondum esse putrefactam* aut sensus expertem. Estque in pudente cupiditas honeste vivendi.

[ad p. 210 sq.] [Prop. LIX. et Dem. et Schol.] Affectus quatenus passio est imperfectus est. Et ad quae hoc affectu determinamur, ad ea si utile est, possumus et ratione determinari. Eadem scilicet actio tam claris et distinctis quam confusis imaginibus jungi potest. Imo ex adaequatis ideis actiones bonae melius sequuntur. 5

[ad p. 211 sq.] [Prop. LX. et Dem. et Schol.] *Cupiditas quae oritur ex Laetitia vel Tristitia* quae ad aliquas partes hominis *non ad omnes refertur, rationem utilitatis totius hominis non habet*. Potest enim fieri ut una pars praevaleat, quae sese in ea potentia conservat, etsi caeterae coercerentur; unde saepe ut voluptati obsequamur valetudinem negligimus, et *cupiditates* 10 *quibus maxime tenemur, praesentis temporis non futuri rationem habent*.

[ad p. 213] [Prop. LXII. Dem. et Schol.] Quae *Mens ducente ratione concipit*, ea concipit *sub specie necessitatis seu aeternitatis*, itaque sine relatione ad tempus, adeoque illis aequae afficitur praesentibus praeteritis vel futuris. *Si de rerum duratione* adaequatas cognitiones haberemus eodem 15 affectu futura ac praesentia contemplaremur. Si ratione ageremus praesentia futuris non praeferremus. (+ Sed quid de praeteritis +)

[ad p. 214 sq.] [Prop. LXIII. Schol., Coroll. et Schol.] *Superstitiosi vitia exprobrant magis quam virtutes* docent, hominesque potius metu quam amore virtutis ducunt, ut eos aequae miseros faciant, ac ipsi sunt, ideo 20 *plerumque molesti et odiosi sunt. Cupiditate vero quae ex ratione oritur bona per se directe expetimus, mala indirecte fugimus*. Quemadmodum *aeger comedit quod aversatur timore mortis, at sanus ubi gaudet vitaeque fruitur melius quam si mortem timeret, eamque directe vitare cuperet. Sic* 25 *judex reum amore boni publici damnat non odio aut ira*.

[ad p. 215] [Prop. LXIV. et Dem., Prop. LXVI. Schol.] *Omnis cognitio mali inadaequata est*, nam *per ipsam hominis essentiam intelligi nequit*, sed per causas externas eam superantes. Hinc homines si liberi essent seu sola ratione agerent, cum nullas nisi adaequatas habituri essent ideas nullum mali haberent conceptum, adeoque cum haec correlata sint nec boni. 30

[ad p. 217] [Prop. LXVII.] *Liber homo* de vita potius quam morte cogitat, *et sapientia vitae non mortis meditatio est*.

(+ Ego puto majorem futurorum quam praesentium rationem habendam. +)

16 f. Si . . . praeteritis +) *erg. L*

22 mala | per accidens *gestr. | indirecte L*

[p. 217] [Prop. LXVIII. Schol.] Hujus Propositionis hypothesin falsam esse, nec posse concipi, nisi quatenus ad solam naturam humanam, seu potius ad Deum attendimus, non quatenus infinitus; sed quatenus tantummodo causa est, cur homo existat, patet ex 4. Propositione hujus Partis.

5 [ad p. 218] [Prop. LXIX. et Dem.] *Hominis liberi virtus aequae magnae in declinandis quam superandis periculis*, nam aequalis animi virtus ad metum atque ad audaciam coercendam (+ dubito +).

[ad p. 218 sq.] [Prop. LXX. et Dem. et Schol.] *Homo liber qui inter ignaros vivit eorum beneficia declinare studet*; quia ignarus ex suo ingenio alios
10 aestimans, si beneficium collatum minoris quam ipse putat fieri videat, contristabitur. Unde offensa. Cavendum tamen ne in eo nimii simus, nam saepe aliorum ope indigemus, et saepe si beneficia rejiciamus sive ex avaritia fecisse videbimur, ne remunerari cogamur sive ex contemtu.

[ad p. 219] [Prop. LXXI. et Schol.] *At liberi homines invicem gratissimi sunt*
15 atque amicissimi, apud alios mercatura potius quam gratia est.

[p. 220] [Prop. LXXII. Schol.] Si jam quaeratur, quid si homo se perfidia a praesenti mortis periculo posset liberare, an non ratio suum esse conservandi omnino suadet, ut perfidus sit?⁵⁹ Respondebitur eodem modo, quod si ratio id suadeat, suadet ergo id omnibus hominibus, atque adeo ratio omnino suadet hominibus, ne nisi dolo malo
20 paciscantur, vires conjungere, et jura habere communia, hoc est, ne revera jura habeant communia, quod est absurdum.

[ad p. 220] [Prop. LXXII. et Schol.] *Homo liber nunquam dolo malo agit, sed semper cum fide. Quid si perfidia quis se a praesenti mortis periculo liberare posset?* Obscure respondet.

25 [ad p. 220 sq.] [Prop. LXXIII. et Dem.] *Homo qui ratione ducitur magis in civitate ubi ex communi decreto vivit, quam in solitudine liber est*, quia sic se melius conservat.

Adjiciantur subjecta huic parti summa capita sive compendium hujus quartae partis.

30 [ad p. 225 sq.] [Caput XIII.] Singularis animi potentiae est unumquemque ex

⁵⁹ *Am Rande*: obscure

ipsius ingenio ferre, nec tamen imitari.

Qui falso religionis zelo ac nimia animi impotentia inter bruta quam homines vivere malunt, similes sunt adolescentibus, qui quod parentum jurgia aequo animo ferre nolunt, *militatum confugiunt, et incommoda belli et imperium tyrannidis prae domesticis commodis et paternis admonitionibus eligunt, et quidvis oneris sibi imponi patiuntur, dum parentes ulciscantur.* 5

[p. 228 sq.] [Caput XXV.] Modestia, hoc est, Cupiditas hominibus placendi, quae ex ratione determinatur, ad Pietatem (ut in Schol. Prop. 37. p. 4. diximus) refertur. Sed, si ex affectu oriatur, Ambitio est, sive Cupiditas, qua homines falsa Pietatis imagine plerumque discordias, et seditiones concitant. Nam qui reliquos consilio, aut re juvare 10 cupit, ut simul summo fruantur bono, is apprime studebit, eorum sibi Amorem conciliare; non autem eos in admirationem traducere, ut disciplina ex ipso habeat vocabulum, nec ullas absolute Invidiae causas dare. . . .

[ad p. 229] [Caput XXV.] Qui reliquos juvare volet, non dabit operam ut eos capiat in admirationem sui, sectaeque nomen ex ipso habeat, invidiae causas 15 dabit. Idem de humana impotentia parce de potentia large loquetur.

[ad p. 232] [Caput XXXII.] Quae nobis eveniunt a *potentia externarum causarum*, nostra re superante, ea si conscii simus nos officio functos fuisse *aequo animo feremus*. Quo clare distincteque intellecto, *pars nostri melior quae intelligentia definitur acquiescet.* 20

[Pars quinta] De Potentia Intellectus seu [de] Libertate Humana

[ad p. 233, 235 sq.] [Praef.] Coercere affectus possumus, absolutum in eos imperium non habemus. Cartesius putat motus spirituum quoslibet quibuslibet *nostris cogitationibus per habitum jungi posse*, art. 50. p. 1. *de pass. animae*, adeoque *nullam esse tam imbecillem animam quae non possit* 25 *absolutum acquirere imperium in passiones*, cum sint ipsi *commotiones animae quae ad eam speciatim referuntur*, et pendent ab aliquo motu

24 nostris (1) passio (2) cogitationibus L

spirituum. Sed diu obscuram [rem] explicare voluit per occultam qualitatem, nullus enim clarus et distinctus habetur conceptus cogitationis unitae cum parte quantitatis. Et vellem hujus unionis causam proximam explicuisset; sed illi recurrendum fuit ad universalem. Nec apparet, *an motus passionum quos firmis judiciis arcte junximus non possint ab*
 5 *iisdem iterum corporeis causis disjungi, nec ulla datur comparatio inter mentis et corporis potentiam*, ut nec inter cogitationem et motum. Cum igitur *mentis potentia sola intelligentia definiatur*, ab hac petenda sunt *affectuum remedia*, et quae *ad beatitudinem spectant*.

[ad p. 237] [Prop. I.] *Prout cogitationes rerumque ideae ordinantur in mente, sic corporis affectiones seu rerum imagines in corpore.*

[ad p. 237] [Prop. II.] *Cessante causae externae cogitatione, cessat affectus, exempli gratia amor aut odium erga causam externam.*

[ad p. 238] [Prop. III. et Dem. et Coroll.] *Affectus desinit esse passio formata clara distinctaque idea, nam eatenus non patimur sed agimus*
 15 *quatenus ideas adaequatas habemus. Affectus ergo eo magis in potestate est quo notior est.*

[ad p. 238 sq.] [Prop. IV. et Dem., Coroll., Schol.] *Omnis corporis affectio, adeoque omnis affectus a re externa aliquid habet cujus clarum*
 20 *distinctumque possumus formare conceptum*, scil. id quod commune est. Itaque *affectus separetur a cogitatione causae externae et veris jungatur cogitationibus*. Itaque interdum eadem cupiemus, sed ex ratione potius quam a affectu.

[ad p. 240 sq.] [Prop. V. Dem., Prop. VI. Schol.] *Affectus erga rem quam liberam esse imaginamur major est quam erga necessariam, et adhuc major*
 25 *quam erga possibilem aut contingentem*. Et si rem simpliciter consideremus ut liberam consideramus. Major itaque in affectus potentia si res externas necessarias cogitemus, videmus enim necessitatis considerationem consolari et neminem misereri infantis quod loqui non potest, sed adulti, quia hoc *non*
 30 *ut rem naturalem et necessariam, sed ut extraordinariam*, et quasi *naturae vitium* concipimus.

[ad p. 241] [Prop. VII. Dem.] *Utile etiam est ad affectum moderandum cogitare objecti absentiam, seu ea quae ejus existentiam secludunt. Hinc affectus ex ratione orti, potentiores ortis ex imaginatione, quia quae rationis ductu cogitamus sub necessitatis specie vincimus adeoque existentiam*

eorum secludere non possumus.

[ad p. 242 sq.] [Prop. IX. et Dem.] *Affectus qui ad plures causas refertur, minus* in nos potest, quam idem, si ad plures causas referatur (+ quia una causa magis adaequata seu libera est, quam eae quibus aliae concurrunt; magis autem afficit, quod liberum cogitamus +) (+ idem mens distinctius rem concipit, si plures causas concurrentes concipit +), quia mens plura cogitans maiorem operationem exercet, adeoque minus patitur. Deinde idem affectus erga plures causas, erga unamquamque minor. 5

[ad p. 243–245] [Prop. X. et Dem. et Schol.] *Quamdiu affectibus qui nostrae naturae sunt contrarii non conflictamur* possumus ordinare corporis affectiones secundum intellectum, seu *claras distinctasque ideas formandi et alias ex aliis deducendi*, quia tamdiu potentia mentis non impeditur. Major autem vis requiritur ad affectus ratione ordinatos coercendos quam vagos (+ quia se juvant +). Itaque quamdiu affectuum cognitionem non habemus interim *rectam vivendi rationem seu certa vitae dogmata* concipiemus, et memoriae mandabimus, *rebusque particularibus* continue applicabimus, ut imaginatio iis afficiatur semperque in promptu sint. Ex. gr. odium amore vincendum esse. 10 15

In omni re atque cogitatione ordinanda quid bonum sit consideremus, ut ita laetitiae potius affectu ad agendum determinemur. Ita qui vanam gloriam se nimis sectari videt, de recto gloriae usu cogitet non de ejus vanitate, *de quibus nemo nisi ex animi aegritudine cogitat: talibus enim cogitationibus se ambitiosi affligunt cum de aliquo dum honore desperant, et dum iram evomunt, sapientes videri volunt*. Itaque illi maxime gloriae cupidi sunt, qui de mundi vanitate maxime clamant. Ut *pauper* qui de *divitum vitiis non cessat loqui ostendit se non solum paupertatem suam, sed et aliorum divitias iniquo animo ferre*: At sapiens virtutes contemplari, et animum gaudio implere mavult. 20 25

[ad p. 245 sq.] [Prop. XI. et XII. Dem., Prop. XIII.] Omnis imago quae *ad plures res refertur, saepius* excitatur adeoque magis *viget*. Quae autem clare distincteque concipiuntur, ea cum pluribus communia sint, aut ex communibus deducantur, ideo ad plures res referuntur, adeoque saepius 30

3 minus (1) afficit (2) | in nos erg. | potest, quam (a) alius aequalis, qui (b) idem, si L 4 causa (1) liberior (2) magis . . . libera L 19 atque . . . ordinanda erg. L

occurrunt adeoque rerum imagines magis vigent cum plurium aliarum rerum ideis jungantur.

[ad p. 246] [Prop. XIV. et Dem.] Hinc *mens efficere potest, ut omnes imagines* ad Deum referantur, quia de omnibus corporis affectionibus clarus distinctusque formari potest conceptus. Quod autem per se concipitur, est attributum Dei.

[ad p. 246] [Prop. XV. et Dem.] *Qui se suosque affectus distincte intelligit Deum amat, eo magis quo se suosque affectus magis intelligit*, quia dum *clare distincteque* aliquod *intelligit laetatur*, dum vero ad Deum refert, laetitia comitatur idea Dei, cujus autem ideam laetitia comitatur, id amamus.

[ad p. 246 sq.] [Prop. XVI. et Dem.] *Hic erga Deum amor mentem maxime occupare debet*, quia *omnibus corporis affectionibus*, seu mentis imaginibus jungitur.

[ad p. 247 sq.] [Prop. XVII., Prop. XVIII. Dem. et Schol.] Nulla dari potest tristitia comitante idea Dei, seu Dei odium, quia quatenus Dei ideam habemus, ideam adaequatam habemus, seu agimus, non patimur. Etsi enim Deum etiam ut tristitiae causam consideremus, tamen dum *tristitiae causam* intelligimus *laetamur*.

[ad p. 248–250] [Prop. XX. et Schol.] Dei amor invidiae ac zelotypiae misceri nequit, neque affectus hic ullo alio affectu destrui potest, nec nisi cum ipso corpore. Quomodo etiam et ultra corpus supersit mox dicetur. Potentia igitur mentis in sequentibus consistit: I^{mo} *in affectuum cognitione*. II^{do} *in separatione affectus a cogitatione causae externae*. III^o *in tempore* seu majore durabilitate earum cogitationum quas intelligimus quam quas imaginamur. IV^o *in multitudine causarum* quibus adaequatae ideae (quae ad communes rerum proprietates ac Deum referuntur) *foventur*. V^o *in ordine quo mens affectus disponere potest*.

Mentis impotentia definitur ignorance seu ideis inadaequatis, itaque magis patitur quam agit. Itaque cogitemus potius de his quae adaequate cognoscere possumus. (+ Itaque in omnibus rationem quaeramus. +) Animi aegritudo oritur ex affectu erga res mutationibus obnoxias, vertamus ergo mentem ad Deum seu ideas adaequatas, quia objectum hoc est aeternum et immutabile.

[ad p. 250 sq.] [Prop. XXI. et Dem.] *Mens nihil imaginari potest nisi durante*

corpore quia alias actualement corporis existentiam non exprimit, nec corporis affectiones ut actuales concipit, adeoque nullum corpus ut actu existens concipit.

[ad p. 251] [Prop. XXII.] *In Deo necessario datur idea, quae hujus et illius humani corporis essentiam sub aeternitatis specie exprimit.*

[ad p. 251 sq.] [Prop. XXIII. et Dem. et Schol.] *Mens humana cum corpore absolute destrui non potest, sed manet quod aeternum est, id scilicet quod aeterna quadam necessitate per ipsam Dei essentiam concipitur. Non possumus recordari nos ante corpus extitisse, quia aeternum nullam ad tempus relationem habet. Experimur tamen nos aeternos esse, quia non minus illa sentimus quae intelligendo concipimus quam quae in memoria habemus. Mentis enim oculi sunt demonstrationes. Mentis itaque existentia eatenus tantum potest dici durare et tempore definiri, quatenus actualement corporis existentiam involvit. (+ Difficultas cum aliud semper sit corpus quomodo eadem ejus idea seu mens. +)*

[ad p. 252] [Prop. XXIV.] *Quo plura particularia intelligimus, hoc magis Deum intelligimus.*

[ad p. 252] [Prop. XXV. et Dem.] *Summus mentis conatus, summaque virtus est, intelligere res tertio cogitationis genere, procedendo scil. ab adaequata idea quorundam Dei attributorum, ad adaequatam cognitionem essentiae rerum. Hinc et summa laetitia est.*

[ad p. 253] [Prop. XXVIII.] *Conatus seu cupiditas res tertio cognitionis genere intelligendi, oritur ex secundo non ex primo.*

[ad p. 254 sq.] [Prop. XXIX. et Schol.] *Quicquid mens sub specie aeternitatis intelligit, id ex eo non intelligit quod corporis praesentem actualement existentiam concipit, sed ex eo quod corporis essentiam concipit sub specie aeternitatis. Duobus enim modis res ut actuales concipiuntur, vel cum relatione ad tempus et locum, vel quatenus eas ex natura divina sequi concipimus.*

[ad p. 255] [Prop. XXX. et Dem.] *Mens nostra quatenus se et corpus sub aeternitatis specie cognoscit, eatenus Dei cognitionem necessario habet, scitque se in Deo esse et per Deum concipi; est enim hoc res concipere quatenus per Dei essentiam involvunt existentiam.*

[ad p. 255] [Prop. XXXI. et Dem.] *Tertium cognitionis genus pendet a Mente tanquam formali causa quatenus mens ipsa aeterna est, nam quatenus ea corporis essentiam sub aeternitatis specie concipit, aeterna est, et eatenus per Dei essentiam res concipit.*

5 [ad p. 256] [Prop. XXXII. et Coroll., Prop. XXXIII.] *Quicquid intelligimus tertio cognitionis genere eo delectamur, et quidem concomitante idea Dei, tanquam causa. Hinc oritur amor Dei intellectualis, idemque aeternus, quanquam hoc loco concipiatur claritatis causa quasi principium habuerit.*

10 [ad p. 258] [Prop. XXXV.] *Deus seipsum amore intellectuali infinito amat, gaudet enim infinita perfectione, comitante idea sui.*

[ad p. 258 sq.] [Prop. XXXVI. et Coroll. et Schol.] *Mentis amor intellectualis erga Deum, est ipse Dei amor, quo Deus seipsum amat, non quatenus infinitus est, sed quatenus per essentiam humanae mentis sub specie aeternitatis consideratam explicari potest, seu mentis erga Deum amor, est pars infiniti amoris quo Deus seipsum amat. Hinc Deus quatenus seipsum amat, homines amat, adeoque Dei amor erga homines et mentis amor intellectualis erga Deum idem sunt. Et in hoc aeterno erga Deum amore et Dei amore erga homines consistit beatitudo seu libertas. Hinc praestat ex singularibus ea a Deo pendere, agnoscere intuitive quam ex*
20 *universalibus ratiocinative.*

[ad p. 260] [Prop. XXXVIII. et Schol.] *Quo plura mens secundo et tertio cognitionis genere intelligit, eo minus ab affectibus malis patitur aut mortem vincit.*

(+ Objici potest, si amor ille aeternus quid opus eum assequi, sed dicendum
25 *est, eum quidem aeternum esse, sed tunc nisi a me actu eliciatur in corpore, non pertinere ad hoc corpus. +)*

Mors eo minus noxia quo mentis clara distinctaque cognitio major est. Itaque fieri potest ut quod cum corpore perit, exiguum sit et fere nullius momenti.

30 [ad p. 260 sq.] [Prop. XXXIX. et Schol.] *Si corpus ad plurima aptum est, maxima mentis pars aeterna est. Hinc infantes conamur ad plura aptos reddere.*

[ad p. 262] [Prop. XL. et Coroll.] *Quo res magis agit, et minus patitur, eo est perfectior.*

Pars mentis quae post mortem remanet, quantulacunque sit, perfectior est reliqua.

[ad p. 262 sq.] [Prop. XLI. et Dem. et Schol.] *Quamvis nesciremus mentem nostram aeternam esse, pietatem tamen et religionem*, et quaecunque ad fortitudinem et generositatem referuntur, haberemus, quia eadem 5 demonstrata sunt ex fundamento propriae utilitatis. Vulgus vero virtutes oneri esse credit quae post mortem deponere et pretium servitutis obtinere sperant; praeterea metu poenarum post mortem coercentur. Si vero spes ista metusque abessent omnia ex libidine agerent. Quae non minus absurda sunt, ac si quis propterea quod non credit se corpus in aeternum bonis alimentis 10 nutrire posse, vellet se letiferis satiare, et quia non semper vivere potest, vellet amens vivere.

[ad p. 263 sq.] [Prop. XLII. et Dem.] *Beatitudo non est virtutis praemium sed ipsa virtus*, consistit enim in amore Dei intellectuali qui est vera hominis potentia seu virtus. 15

336₂. RANDBEMERKUNGEN, UNTERSTREICHUNGEN UND EXZERPTE AUS DE INTELLECTUS EMENDATIONE

Überlieferung:

- LiH* Marginalien und Unterstreichungen in B. D. S., *Opera posthuma*, [Amsterdam] 1677: Leibn. Marg. 30. (Unsere Druckvorlage für den nicht eingezogenen Text mit Sperrungen 20 und Fußnoten.)
- L* Auszug: LH IV 7B, 5 Bl. 23–24. 1 Bog. 2°. 1 $\frac{7}{8}$ Sp. auf Bl. 24 v°. (Unsere Druckvorlage für den Text mit Einzug.) (Auf Bl. 23 r° *L* von N. 336₃.)
- E* STEIN, *Leibniz und Spinoza*, 1890, S. 319 f. (nach *LiH*)

De intellectus emendatione et de via qua optime in veram rerum cognitionem dirigitur

[p. 357] . . . cum viderem omnia, a quibus, et quae timebam, nihil neque boni, neque, mali in se habere, nisi quatenus ab iis animus movebatur; constitui tandem
5 inquirere, an aliquid daretur, quod verum bonum, et sui communicabile esset, et a quo solo, rejectis caeteris omnibus, animus afficeretur; . . .

[ad p. 357 sq.] Homines communiter agunt ex avaritia gloria et libidine.
Libidinem statim sequitur poenitentia, caetera non aequae, ideo magis adhuc
animum occupant.

10 [p. 358] . . . Sed postquam aliquantulum huic rei incubueram, inveni primo, si, hisce omissis, ad novum institutum accingerer, me bonum sua natura incertum, ut clare ex dictis possumus colligere, omissurum pro incerto, non quidem sua natura; (fixum enim bonum quaerebam) sed, tantum quoad ipsius consecutionem: Assidua autem meditatione eo perveni, ut viderem, quod tum, modo possim penitus
15 deliberare, mala certa pro bono certo omitterem. . . .

[p. 359] . . . illa autem omnia, quae vulgus sequitur, non tantum nullum conferunt remedium ad nostrum esse conservandum; sed etiam id impediunt, et frequenter sunt causa interitus eorum, qui ea possident, et semper causa interitus eorum, qui ab iis possidentur.

20 [p. 359] . . . Sed amor erga rem aeternam, et infinitam sola laetitia pascit animum, ipsaque omnis tristitiae est expers; quod valde est desiderandum, totisque viribus quaerendum. Verum non absque ratione usus sum his verbis: *modo possim serio deliberare*. . . .

[p. 359 sq.] . . . Et quamvis in initio haec intervalla essent rara, et per admodum
25 exiguum temporis spatium durarent, postquam tamen verum bonum magis ac magis mihi innotuit, intervalla ista frequentiora et longiora fuerunt; praesertim postquam vidi nummorum acquisitionem, aut libidinem, et gloriam tamdiu obesse, quamdiu propter se, et non, tanquam media ad alia, quaeruntur; si vero tanquam media quaeruntur, modum tunc habebunt, et minime aberunt; sed
30 contra ad finem, propter quem quaeruntur, multum conducent, ut suo loco ostendemus.

[p. 360 sq.] . . . Cum autem humana imbecillitas illum ordinem cogitatione sua non assequatur, et interim homo concipiat naturam aliquam humanam sua

multo firmiorem, et simul nihil obstare videat, quo minus talem naturam acquirat, incitatur ad media quaerendum, quae ipsum ad talem ducant perfectionem: et omne illud, quod potest esse medium, ut eo perveniat, vocatur verum bonum; summum autem bonum est eo pervenire, ut ille cum aliis individuis, si fieri potest, tali natura fruatur. Quenam autem illa sit natura ostendemus suo loco, nimirum esse cognitionem unionis, quam mens cum tota Natura habet. Hic est itaque finis, ad quem tendo, talem scilicet Naturam acquirere, et, ut multi mecum eam acquirant, conari, hoc est, de mea felicitate etiam est operam dare, ut alii multi idem, atque ego intelligant, ut eorum intellectus, et cupiditas prorsus cum meo intellectu, et cupiditate convenient; utque hoc fiat, ^d necesse est tantum de Natura intelligere, quantum sufficit, ad talem naturam acquirendam; deinde formare talem societatem, qualis est desideranda, ut quamplurimi quam facillime, et secure eo perveniant. Porro danda est opera Morali Philosophiae, ut et Doctrinae de puerorum Educatione; et, quia Valetudo non parvum est medium ad hunc finem assequendum, concinnanda est integra Medicina; et quia arte multa, quae difficilia sunt, facilia redduntur, multumque temporis, et commoditatis in vita ea lucrari possumus, ideo Mechanica nullo modo est contemnenda. Sed ante omnia excogitandus est modus medendi intellectus, ipsumque, quantum initio licet, expurgandi, ut feliciter res absque errore, et quam optime intelligat. Unde quisque jam poterit videre, me omnes scientias ad unum finem et scopum velle dirigere, scilicet, ut ad summam humanam, quam diximus, perfectionem perveniatur; . . .

[p. 360, nota d] *Nota, quod hic tantum curo enumerare scientias ad nostrum scopum necessarias, licet ad earum seriem non attendam.*

[p. 361] I. Ad captum vulgi loqui, et illa omnia operari, quae nihil impedimenti adferunt, quo minus nostrum scopum attingamus. . . .

[ad p. 361] *Regulae vitae interim constitutae, ad captum vulgi loqui, nequem offendamus; deliciis frui quantum valetudo postulat, tantum facultatum quaerere, quantum sufficit ad vitam et valetudinem sustentandam, moresque aliorum cum quibus vivimus imitandos.*

[p. 362] I. Est Perceptio, quam ex auditu, aut ex aliquo signo, quod vocant ad placitum, habemus.

II. Est Perceptio, quam habemus ab experientia vaga, hoc est, ab experientia, quae non determinatur ab intellectu; sed tantum ita dicitur, quia casu sic occurrit, et nullum aliud habemus experimentum, quod hoc oppugnat, et ideo tanquam inconcussum apud nos manet.

III. Est Perceptio, ubi essentia rei ex alia re concluditur, sed non adaequate; quod fit, cum vel ab aliquo effectum causam colligimus, vel cum concluditur ab aliquo universali, quod semper aliqua proprietas concomitatur.

IV. Denique Perceptio est, ubi res percipitur per solam suam essentiam, vel per
5 cognitionem suae proximae causae.

[ad p. 362 sq.] Modi percipiendi: 1) *ex auditu vel alio signo ad placitum*, 2) *ab experientia vaga*, cum quid ideo creditur, quia nullum experimentum contrarium occurrit, 3) perceptio inadaequata, ut cum *ex effectum causam colligimus vel cum concluditur ab aliquo universali quod semper aliqua proprietas comitatur*, 4) perceptio rei per *suam essentiam vel cognitionem proximae causae*. *Ex auditu scio parentes, natalem diem, etc. per experientiam vagam me moriturum, oleum alere flammam, per perceptionem inadaequatam ex sensu colligo animam unitam esse corpori, ex natura visus solem majorem esse quam apparet, per adaequatam duas*
15 *lineas parallelas tertiae esse parallelas inter se.*

[p. 363, nota g] . . . *Nam per illam unionem nihil intelligimus praeter sensationem ipsam, effectus scilicet, ex quo causam, de qua nihil intelligimus, concludebamus.*

[p. 363, nota h] *Talis conclusio, quamvis certa sit, non tamen satis tuta est, nisi*
20 *maxime caventibus. Nam nisi optime caveant sibi, in errores statim incident: ubi enim res ita abstracte concipiunt, non autem per veram essentiam, statim ab imaginatione confunduntur. . . .*

[p. 364] . . . attamen adaequatam proportionalitatem datorum numerorum non vident, et si videant, non vident eam vi illius Propositionis; sed intuitive,⁶⁰ nullam
25 operationem facientes. . . .

[ad p. 364] *Mathematici vi demonstrationis prop. 19 lib. VII Euclidis sciunt quales numeri sint proportionales, attamen adaequatam proportionalitatem datorum numerorum non vident, et si vident (+ in facilibus exemplis +) vident intuitive, non vi hujus propositionis.*

30 ⁶⁰ *Am Rande: pag. 78*

[p. 365] Quoad secundum. Nullus etiam dicendus est, quod habeat ideam illius proportionis, quam quaerit. Praeterquam quod sit res admodum incerta, et sine fine, nihil tamen unquam tali modo quis in rebus naturalibus percipiet praeter accidentia,⁶¹ quae nunquam clare intelliguntur, nisi praecognitis essentiis. Unde etiam et ille secludendus est.

5

De tertio autem aliquo modo dicendum, quod habeamus ideam rei, deinde quod etiam absque periculo erroris concludamus; sed tamen per se non erit medium, ut nostram perfectionem acquiramus.

Solus quartus modus comprehendit essentiam rei adaequatam, et absque erroris periculo; ideoque maxime erit usurpandus. . . .

10

[ad p. 365 sq.] *Quartus modus solus* nos perficit.

[p. 365] . . . Sed⁶² quemadmodum homines initio innatis instrumentis quaedam facillima, quamvis laboriose, et imperfecte, facere quiverunt, iisque confectis alia difficiliora minori labore, et perfectius confecerunt, . . .

[ad p. 365 vide infra apud p. 382]

15

[p. 366, nota k] *Per vim nativam intelligo illud, quod in nobis a causis externis causatur, quodque postea in mea Philosophia explicabimus.*

[p. 366] Idea vera (habemus enim ideam veram) est diversum quid a suo ideato: Nam aliud est circulus, aliud idea circuli. Idea enim circuli non est aliquid, habens peripheriam, et centrum, uti circulus, nec idea corporis est ipsum corpus: et cum sit quid 20 diversum a suo ideato, erit etiam per se aliquid intelligibile; hoc est, idea,⁶³ quoad suam essentiam formalem, potest esse objectum alterius essentiae objectivae, et rursus haec altera essentia objectiva erit etiam in se spectata quid reale, et intelligibile, et sic indefinite. . . .

[ad p. 366] Idea circuli non habet peripheriam aut centrum ut circulus.

25

[p. 367] . . . Cum itaque veritas nullo egeat signo; sed sufficiat habere essentias rerum objectivas, aut, quod idem est, ideas, ut omne tollatur dubium; hinc sequitur, quod

⁶¹ *Über* praeter accidentia: per accidens evenientia, vel quasi talia essent nobis cognita

⁶² *Anstreichung von Sed bis* confecerunt

⁶³ *Am Rande*: idea ideae

30

vera non est Methodus signum veritatis quaerere post acquisitionem idearum; . . .

[ad p. 367] Ut rem intelligam non opus est ideam ejus intelligere, ita ut sciam non est opus ut sciam me scire, nam necesse est me prius scire quam me sciam scire.

Nulla alio signo veritatis opus quam vera idea, seu essentia objectiva seu modo sentiendi essentiam formalem. *Vera non est methodus signum veritatis quaerere post acquisitionem idearum.*

[p. 368] . . . Porro cum ratio, quae est inter duas ideas, sit eadem cum ratione, quae est inter essentias formales idearum illarum; inde sequitur, quod cognitio reflexiva, quae est ideae Entis perfectissimi, praestantior erit cognitione reflexiva caeterarum idearum; hoc est, perfectissima ea erit Methodus, quae ad datae ideae Entis perfectissimi normam ostendit, quomodo mens sit dirigenda. . . .

[ad p. 368, vide infra apud p. 382]

[p. 370] Resumamus jam nostrum propositum. Habuimus hucusque primo finem, ad quem omnes nostras cogitationes dirigere studemus. Cognovimus secundo, quaenam sit optima perceptio, cujus ope ad nostram perfectionem pervenire possimus. Cognovimus tertio, quaenam sit prima via, cui mens insistere debeat, ut bene incipiat; quae est, ut ad normam datae cujuscunque verae ideae pergat, certis legibus inquirere. Quod ut recte fiat, haec debet Methodus praestare: Primo veram ideam a caeteris omnibus perceptionibus distinguere, et mentem a caeteris perceptionibus cohibere. Secundo tradere regulas, ut res incognitae ad talem normam percipiantur. . . .

[p. 371] Incipiamus itaque a prima parte Methodi, quae est, uti diximus, distinguere, et separare ideam veram a caeteris perceptionibus, et cohibere mentem, ne falsas, fictas, et dubias cum veris confundat: . . .

[ad p. 374] Quo plura cognoscimus, eo minus licet fingere.

Quae clare distincteque cognoscimus non sunt ficta.

[ad p. 377] Rei simplicis nulla est fictio.

[ad p. 383] *Quo res est singularior eo facilius retinetur.*

[ad p. 380 vide infra apud p. 382]

[p. 382] . . . Et eodem modo, quo possumus pervenire ad talem cognitionem trianguli, quamvis non certo sciamus, an aliquis summus deceptor nos fallat, eodem etiam modo possumus pervenire ad talem Dei cognitionem, quamvis non certo sciamus, an detur quis summus deceptor, et, modo eam habeamus, sufficiet ad

tollendam, uti dixi, omnem dubitationem, quam de ideis claris, et distinctis habere possumus. . . .

[ad p. 382] *Possumus pervenire ad talem cognitionem Trianguli, ut cognoscamus ejus proprietates, licet ignoremus an detur aliquis summus deceptor.*

5

[ad p. 363] In perceptione inadaequata res quasi abstracte concipiuntur non autem per veram essentiam. Hinc saepe quod unum est multiplex esse imaginantur homines.

[ad p. 365 sq.] *Ut ferrum cudatur malleo opus est, ergo et ut malleus cudatur opus videtur alio malleo; et si quis hinc colligeret non dari posse malleum primum; similis foret ei qui negaret methodum investigandi veritatem inveniri posse, nisi alia methodo quae rursus investiganda est. Verum quemadmodum homines initio innatis instrumentis quaedam facillima licet perfecte et laboriose facere potuerunt, iisque confectis alia difficiliora minore labore, sic intellectus vi sua nativa facit sibi instrumenta intellectualia, quibus novas vires, novaque instrumenta acquirit.*

15

[ad p. 368] Methodus in eo consistit, ut ab inutilibus nos cohibeamus.

[ad p. 380] *Idae inadaequatae ideo tantum in nobis oriuntur, quod pars sumus Entis alicujus cogitantis, cujus cogitationes ex toto quaedam ex parte tantum mentem nostram constituunt.*

20

[ad p. 380 sq.] *Deceptio oritur et quando res nimis abstracte concipimus, nam quod in vero suo objecto percipio, alteri non possum applicare. Satiusest non per abstracta procedere, sed res, a fonte origineque naturae sive Ente infinito deducere.*

[p. 383] . . . Nam quoad primum, quo res magis est intelligibilis, eo facilius retinetur, et contra, quo minus, eo facilius eam obliviscimur. Ex. gr. si tradam alicui copiam verborum solutorum, ea multo difficilius retinebit, quam si eadem verba in forma narrationis tradam. . . .

[ad p. 383 vide supra apud p. 371]

[ad p. 383] Quo res est intelligibilior, eo facilius retinetur, item quo est singularior. Hinc verba in orationem ligata facilius retinentur quam dissoluta. Et facilius retinemus unicam *fabulam amatoriam* quam plures. Memoria et ab intellectu corroboratur et sine intellectu: per imaginationem corpoream. *Circa intellectum in se spectatum* non datur memoria nec oblivio.

35

[p. 384] At ideam veram simplicem esse ostendimus, aut ex simplicibus compositam, et quae ostendit, quomodo, et cur aliquid sit, aut factum sit, et quod ipsius effectus

objectivi in anima procedunt ad rationem formalitatis ipsius objecti; id, quod idem est, quod veteres dixerunt, nempe veram scientiam procedere a causa ad effectus; nisi quod nunquam, quod sciam, conceperunt, uti nos hic, animam secundum certas leges agentem, et quasi aliquod automa spirituale. . . .

5 [ad p. 384] Veteres non considerarunt, velut nos, *animam secundum certas leges* agere, ad instar automati spiritualis.

Operationes secundum quas fiunt imaginationes contingunt *secundum alias* plane *leges* quam intellectiones, et anima *circa imaginationem* habet *tantum rationem patientis*.

10 [p. 385 ad c] *Praecipua hujus partis Regula est, ut ex prima parte sequitur, recensere omnes ideas, quas ex puro intellectu in nobis invenimus, ut eae ab iis, quas imaginamur, distinguantur; quod ex proprietatibus uniuscujusque, nempe imaginationis et intellectionis, erit eliciendum.*

[p. 386] . . . Quare recta inveniendi via est ex data aliqua definitione
15 cogitationes formare: quod eo felicius et facilius procedet, quo rem aliquam melius definiverimus; Quare cardo totius hujus secundae Methodi partis in hoc solo versatur, nempe in conditionibus bonae definitionis cognoscendis, et deinde in modo eas inveniendi. . . .

[ad p. 386] Cognoscere effectum nihil aliud est quam ampliorem reddere
20 cognitionem causae.

[p. 387] . . . Et quamvis, ut dixi, circa figuras, et caetera entia rationis hoc parum referat; multum tamen refert circa entia Physica, et realia: nimirum, quia proprietates rerum non intelliguntur, quamdiu earum essentiae ignorantur; si autem has praetermittimus, necessario concatenationem intellectus, quae naturae
25 concatenationem referre debet, pervertemus, et a nostro scopo prorsus aberrabimus. . . .

I. Si res sit creata,⁶⁴ definitio debebit, uti diximus, comprehendere causam proximam. Ex. gr. Circulus secundum hanc legem sic esset definiendus: eum esse figuram, quae describitur a linea quacunque, cujus alia extremitas est fixa, alia mobilis, quae definitio clare comprehendit causam proximam.⁶⁵

30 ⁶⁴ *Am Rande*: ut data rei definitione nullus sit locus quaestioni an sit possibilis

⁶⁵ *Zum Absatz*: sed varii sunt modi circulum producendi, etsi unus alio simplicior

[p. 387] Definitionis vero rei increatae haec sunt requisita.

I. Ut omnem causam secludat, hoc est, objectum nullo alio praeter suum esse egeat ad sui explicationem.

II. Ut data ejus rei definitione nullus maneat locus Quaestioni, An sit?

5

[p. 388] . . . Unde possumus videre, apprime nobis esse necessarium, ut semper a rebus physicis, sive ab entibus realibus omnes nostras ideas deducamus, progrediendo, quoad ejus fieri potest, secundum seriem causarum ab uno ente reali ad aliud ens reale, et ita quidem, ut ad abstracta, et universalia non transeamus, sive ut ab iis aliquid reale non concludamus, sive ut ea ab aliquo reali non concludantur: Utrumque enim verum progressum intellectus interrumpit. Sed notandum, me hic per seriem causarum, et realium entium non intelligere seriem rerum singularium mutabilium; sed tantummodo seriem rerum fixarum, aeternarumque. Seriem enim rerum singularium mutabilium impossibile foret humanae imbecillitati assequi, cum propter earum omnem numerum superantem multitudinem, tum propter infinitas circumstantias in una et eadem re, quarum unaquaeque potest esse causa, ut res existat, aut non existat. Quandoquidem earum existentia nullam habet connexionem cum earundem essentia, sive (ut jam diximus) non est aeterna veritas. . . .⁶⁶

[ad p. 388] *Cognitio particularium inprimis quaerenda* (+ et Entis maxime particularis, quod est infinitum +).

Semper eundem per Entia realia, et ab Ente reali transeundum ad aliud Ens reale secundum seriem causarum, vitando abstracta et universalia. Intelligo autem res singulares non mutabiles, sed fixas et aeternas.

[ad p. 389] [*Haec*] *fixa atque aeterna quamvis sint singularia, tamen ob eorum ubique praesentiam et latissimam potentiam erunt nobis tanquam universalia sive genera definitionum rerum singularium mutabilium, et causae proximae omnium rerum.*

[p. 389] . . . Unde haec fixa, et aeterna, quamvis sint singularia, tamen ob eorum ubique praesentiam, ac latissimam potentiam erunt nobis,

30

⁶⁶ *Über* non est aeterna veritas: necessaria est, sed non aeterna

tanquam universalia, sive genera definitionum rerum singularium mutabilium,⁶⁷ et causae proximae omnium rerum.

[p. 389] Antequam ad rerum singularium cognitionem accingamur, tempus erit, ut ea auxilia tradamus, quae omnia eo tendent, ut nostris sensibus sciamus uti, et
 5 experimenta certis legibus, et ordine facere, quae sufficient ad rem, quae inquiritur, determinandam, ut tandem ex iis concludamus, secundum quasnam rerum aeternarum leges facta sit, et intima ejus natura nobis innotescat, ut suo loco ostendam. . . .

[p. 390] . . . Sed huc usque nullas regulas inveniendi definitiones habuimus, et quia
 10 eas tradere non possumus, nisi cognita natura, sive definitione intellectus, ejusque potentia, hinc sequitur, quod vel definitio intellectus per se debet esse clara, vel nihil intelligere possumus. . . .

[p. 391] III. Quas absolute format, infinitatem exprimunt; at determinatas ex aliis format. Ideam enim quantitatis, si eam per causam percipit,
 15 tum quantitatem determinat, ut cum ex motu alicujus plani corpus, ex motu lineae vero planum, ex motu denique puncti lineam oriri percipit; quae quidem perceptiones non inserviunt ad intelligendam, sed tantum ad determinandam quantitatem. Quod inde apparet, quia eas quasi ex motu oriri concipimus, cum tamen motus non percipiatur, nisi percepta quantitate, et motum etiam ad formandam lineam in
 20 infinitum continuare possumus, quod minime possemus facere, si non haberemus ideam infinitae quantitatis.

[ad p. 391] *Quas ideas intellectus absolute format infinitatem exprimunt, et determinatas ex aliis format.*

Intellectus res sub specie aeternitatis concipit, sine numero et duratione.

25 Quae clare et distincte percipimus ex nostra natura sequuntur, seu ex nostra potentia pendent, confusae vero contra; saepe enim nobis invitis formantur.

[p. 392] . . . Ideae ergo falsae, et fictae, quatenus tales, nihil nos de essentia cogitationis docere possunt; sed haec petenda ex modo recensitis proprietatibus positivis, hoc est, jam aliquid commune⁶⁸ statuendum est, ex quo hae proprietates⁶⁹ necessario

30 ⁶⁷ *Am Rande:* |Deus Spatium *gestr.* |Materia |Motus *gestr.* |Potentia universi, intellectus agens, Mundus.

⁶⁸ *Darüber:* definitio intellectus

⁶⁹ *Daneben:* intellectus.

sequantur, sive quo dato hae necessario dentur, et quo sublato haec omnia tollantur.

[ad p. 370 sq.] Institutum totius hujus tractationis *de emendatione intellectus* his paucis continetur, pag. 370. Finem nostrum esse ut cogitationes dirigamus ad perfectionem. Optima autem perceptio cujus ope perficimur est adaequata. Et ut bene incipiamus meditationem debemus ad normam datae alicujus verae ideae certis legibus pergere. Maxime autem ad normam ideae Entis infiniti. Ut autem ad normam verae alicujus ideae certis legibus pergamus primo distinguenda est vera idea *a caeteris omnibus perceptionibus*, et mens *a caeteris perceptionibus* est cohibenda. Secundo tradendae sunt regulae *ut res ad talem normam percipiantur* (+ quod fit formando Entium realium definitiones, et inde transeundo ad alia Entia realia, itaque inprimis ad Methodum constituendam nobis opus est definitione intellectus +). Tertio constituendus est ordo *ne inutilibus defatigemur*. Quarto perfectissima erit Methodus ubi ad ideam Entis perfectissimi pervenerimus.

Pag. 360. Unde perveniemus tandem ad cognitionem *Unionis quam Mens cum tota natura habet*, qui est finis noster. Dabimusque operam *ut alii multi idem atque ego intelligant* atque cupiant, quo magis invicem juvemur. Ut autem hunc finem obtineamus *necesse est tantum de natura intelligere quantum sufficit* ad cognitionem Unionis mentis nostrae cum tota natura acquirendam, deinde *formare societatem, qualis est desideranda, ut quam plurimi quam facillime et secure eo perveniant*. Porro danda opera est *moralis philosophiae, ut et doctrinae de puerorum educatione; et quia valetudo non parvum est medium ad hunc finem assequendum, concinnanda est integra Medicina*. Et quia multa difficilia arte facilia redduntur *mechanica non est contemnenda*. Sed ante omnia excogitandus est *modus emendandi intellectus*, de quo paulo ante diximus.

336₃. RANDBEMERKUNGEN, UNTERSTREICHUNGEN UND EXZERPTE AUS DEN EPISTOLAE

Überlieferung:

- LiH Marginalien und Unterstreichungen in B. D. S., *Opera posthuma*, [Amsterdam] 1677:
 5 Leibn. Marg. 30. (Unsere Druckvorlage für den nicht eingezogenen Text mit Sperrungen und Fußnoten.)
 L Auszug: LH IV 7B, 5 Bl. 23–24. 1 Bog. 2°. $\frac{1}{5}$ Sp. auf Bl. 23 r°. (Unsere Druckvorlage für den Text mit Einzug.) (Auf Bl. 24 v° L von N. 336₂.)
 E¹ STEIN, *Leibniz und Spinoza*, 1890, S. 320 (Teildruck).
 10 E² GRUA, *Textes*, 1948, S. 284 (Teildruck).

Am Kopf einiger der Briefe hat Leibniz die Namen der Adressaten bzw. Absender vermerkt:

S. 519 (Ep. XXXIX) neben der Briefnummer: *Haec Epistola cum duabus seqq. est ad Huddenium, ut patet ex pag. 526*

S. 531 (Ep. XLIV) neben J. J.: *Jürgen Jellis* (Spinoza an Jarig Jellis)

15 S. 581 (Ep. LXI) über der Anrede: *D. Tsch.* (Tschirnhaus an Spinoza)

S. 583 (Ep. LXII) unter der Anrede: *Schullero* (Spinoza an Schuller)

S. 587 (Ep. LXIII) über der Anrede: *Tsch* (Tschirnhaus an Spinoza)

S. 595 (Ep. LXIX) neben der Briefnummer: *Tschirnhusii* (Tschirnhaus an Spinoza).

20 [ad p. 398] [Ep. II.] Autores non cognoverunt primam causam et originem omnium rerum, nec veram cognitionem mentis humanae, nec denique veram causam erroris.

[ad p. 399] [Ep. II.] Voluntas non potest esse causa erroris hoc est secundum Cartesium particularis alicujus volitionis, ideoque volitiones particulares non possunt esse liberae sed determinantur a causis externis.⁷⁰

25 [p. 463] [Ep. XXVII.] . . . Quod autem ad rem attinet, puto me satis clare, et evidenter demonstrasse, intellectum, quamvis infinitum, ad Naturam naturatam, non vero ad naturantem pertinere.

⁷⁰ *Am Rande gestr.*: 〈De Affectibus〉 〈–〉

[p. 479] [Ep. XXXII.] . . . et hoc inde intelligi potest, nempe, quod in rebus nullam imperfectionem possimus concipere, nisi ad alias res attendamus, quae plus habent realitatis; et propterea in Adami decreto, quando illud in se consideramus, nec cum aliis perfectioribus, perfectioremve statum ostendentibus, comparamus, nullam poterimus invenire imperfectionem; imo⁷¹ cum infinitis aliis comparare respectu illius longe perfectioribus, uti lapidibus, truncis, etc. licet. Et hoc quivis revera quoque concedit: nam quilibet res, quas in hominibus detestatur, cumque aversione contemplatur, in animalibus cum admiratione intuetur, uti apum bella, atque columbarum zelotypiam, etc. quae in hominibus spernuntur, et nihilominus ob ea animalia perfectiora judicamus. . . .

[p. 526] [Ep. XLI.] Nam si (facilitatis gratia) ponamus rationem refractionis esse ut 3 ad 2, et literas in hac apposita figura, ut eas in parva tua *Dioptrica*⁷² locas, appingamus, invenietur, ordinata aequatione, N I, quae dicitur $z \propto \sqrt{\frac{9}{4}} zz - xx - \sqrt{1 - xx}$.

Unde sequitur, si $x \propto 0$, erit $z \propto 2$, quae tunc etiam est longissima.⁷³ . . .

[p. 528] [Ep. XLII.] . . . Imo omnes clarae et distinctae perceptiones, quas formamus, non⁷⁴ possunt oriri nisi ab aliis claris et distinctis perceptionibus, quae in nobis sunt, nec ullam aliam causam extra nos agnoscunt. Unde sequitur, quas claras et distinctas perceptiones formamus, a sola nostra natura, ejusque certis, et fixis legibus pendere, hoc est, ab absoluta nostra potentia, non vero a fortuna, hoc est, a causis quamvis certis etiam, et fixis legibus agentibus, nobis tamen ignotis, et a nostra natura, et potentia alienis. . . .

[ad p. 528] [Ep. XLII.] *Omnes clarae et distinctae perceptiones quas formamus, non possunt oriri nisi ab aliis claris et distinctis perceptionibus quae in nobis sunt, nec ullam aliam causam extra nos agnoscunt. Unde sequitur eas ex sola nostra natura ejusque legibus pendere, hoc est ab absoluta ejus potentia, non vero a fortuna.*

[p. 534] [Ep. XLV.] . . . Si, exempli loco, aliquis interroget, per quam causam ejusmodi determinatum corpus moveatur? Respondere licet, id ab alio corpore, hocque

⁷¹ *Anstreichung von imo bis zelotypiam*

⁷² *Am Rande: Huddenius*

⁷³ *Leibniz streicht $\frac{9}{4} zz$*

⁷⁴ *Anstreichung von formamus non bis legibus pendere*

rursus ab alio, et ita in infinitum progrediendo ad talem motum esse determinatum; hoc, inquam, respondere liberum est, quia duntaxat de motu⁷⁵ Quaestio est, et nos, aliud corpus continuo ponentes, sufficientem, aeternamque istius motus causam assignamus: Sed si ego Librum sublimibus meditationibus repletum, nitideque scriptum in manibus
 5 plebei cujusdam conspiciam, et ipsum rogem, unde eum habeat librum, sique mihi, se eum ex alio libro alterius plebei, qui quoque nitide scribere noverat, descripsisse, et sic in infinitum procedat, is mihi non facit satis: nam non tantum de figuris, ac ordine litterarum interrogo, de quibus tantum respondet; verum etiam de meditationibus, et sensu, quem earundem compositio indicat; nihil ad haec in infinitum sic progrediens
 10 respondet. Quomodo hoc ideis applicari queat, facile ex eo, quod ego in Cartesii *Principiorum Philosophiae* Geometrice a me demonstratorum axioma nono declaravi, percipi potest.

(p. 598) [Ep. LXXII.] *Materia male a Cartesio definitur per extensionem, sed debet explicari per attributum quod aeternam seu infinitam essentiam exprimit.* (+ Scilicet non per molem quiescentem. +)

337.AD ETHICAM BENEDICTI DE SPINOZA

[1678 (?)]

Überlieferung:

- 20 L Konzept: LH IV 8 Bl. 8–11. 2 Bog. 2°. 6 ½ S. (Geringer Textverlust).
 E GERHARDT, *Philos. Schr.* 1, 1875, S. 139–150.
 Übersetzung: LOEMKER, *Philosophical papers*, 1. Aufl. 1956, S. 300–316; 2. Aufl. 1969, S. 196–205.

Leibniz' Erläuterungen zum ersten Teil der *Ethica* dürften den Auszügen N. 336 zeitnah gefolgt sein. Die Datierung wird durch das damit gleiche Wasserzeichen gestützt.

25 ⁷⁵ *Anstreichung von motu bis potest*

Ad Ethicam B. de Sp.

Pars prima de Deo

Definitio 1. *Causa sui* est id cuius Essentia involvit existentiam.

Definitio 2. obscura est, quod *res sit finita quae alia sui generis terminari potest*. Quid est enim *cogitationem cogitatione terminari*? An qua datur alia maior? uti corpus 5 terminari ait quo aliud majus concipi potest. Adde infra prop. 8.

Definitio 3. *Substantia* est quod in se est et per se concipitur. Etiam haec obscura. Quid enim *in se esse*. Deinde quaerendum est cumulative an disjunctive inter se conjungat: *in se esse*, et *per se concipi*. Id est an hoc velit: substantia est id quod in se est, item substantia est id quod per se concipitur. An vero velit 10 substantiam esse id in quo utrumque hoc concurrit, ut nempe et in se sit, et per se concipiatur. Aut necesse erit ut demonstret, qui unum habeat etiam alterum habere, cum contra videatur potius, esse aliqua quae sint in se, etsi non per se concipiantur. Et ita vulgo homines substantias concipiunt. Subjicit: *Substantia est cuius conceptus non indiget alterius rei conceptu a quo [formari] debeat*. Sed in hoc quoque difficultas, nam 15 in sequenti definitione ait attributum ab intellectu de substantia percipi tanquam eius essentiam constituens. Ergo attributi conceptus necessarius est ad formandum conceptum substantiae. Si dicas attributum non esse rem, te vero requirere saltem ut substantia non indigeat conceptu alterius rei; respondeo: explicandum est ergo, quid vocetur res, ut intelligamus definitionem, et quomodo attributum non sit res. 20

Definitio 4. etiam obscura est, quod *attributum sit id quod intellectus de substantia percipit, ut essentiam eius constituens*. Quaeritur enim an per attributum intelligat omne praedicatum reciprocum, an omne praedicatum essentiale sive reciprocum sive non; an denique omne praedicatum essentiale primum seu indemonstrabile de substantia. Vide defin. 5. 25

Definitio 5. *Modus est quod in alio est, et per aliud concipitur*. Videtur ergo in eo differre ab attributo, quod attributum est quidem in substantia, attamen per se concipitur. Et hac explicatione adjecta cessat obscuritas definitionis 4.

Definitio 6. *Deum inquit definitio, Ens absolute infinitum, vel substantiam constantem infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam et infinitam essentiam* 30

2 Pars . . . Deo erg. L 6 Adde . . . 8. erg. L 10 est, (I) vel (2) | item erg. | L 14–20 Subjicit: . . . indiget (I) alio (2) alterius rei . . . | firmari ändert Hrsg. | debeat erg. Sed . . . res. erg. L 23 an | tantum gestr. | omne L 25 vide defin. 5. erg. L

exprimit. Ostendere debebat has duas definitiones esse aequipollentes; alioqui unam in alterius locum substituere non potest. Erunt autem aequipollentes, ubi ostensum erit plura esse in rerum natura attributa, seu praedicata [quae] per se concipiuntur; item ubi ostensum erit plura praedicata posse stare inter se. Praeterea omnis definitio imperfecta
 5 est (tametsi vera et clara esse possit) qua intellecta dubitari potest an res definita sit possibilis. Talis autem ista est, dubitari enim adhuc potest an Ens infinita habens attributa non implicet. Vel ideo quia dubitari potest, an eadem essentia simplex pluribus diversis attributis exprimi potest. Equidem plures sunt definitiones rerum compositarum, sed rei simplicis non nisi unica est, nec eius essentia nisi unico modo exprimi posse videtur.

10 Definitio 7. *Res libera quae ex suae naturae necessitate existit et ad agendum determinatur, res coacta quae ab alio determinatur ad existendum et operandum.*

Definitio 8. *Per aeternitatem intelligo ipsam existentiam quatenus ex rei essentia sequi concipitur.*

15 Has definitiones probō.

Axioma 1. *Omnia quae sunt vel in se vel in alio sunt.*

Axioma 2. *Id quod per aliud non potest concipi per se concipitur.*

Axioma 3. *Ex data determinata causa sequitur effectus, si non detur non sequitur.*

20 Axioma 4. *Effectus cognitio ex cognitione causae dependet et eam involvit.*

Axioma 5. *Quae nihil commune secum invicem habent etiam per se invicem intelligi non possunt.*

Axioma 6. *Idea vera debet cum suo ideato convenire.*

Axioma 7. *Quicquid ut non existens potest concipi, eius essentia non involvit
 25 existentiam.*

Circa Axiomata haec noto: Primum tamen obscurum est, quamdiu non constet quid sit *esse in se*. Secundum et septimum annotari nihil necesse erat. Sextum parum congruum videtur; omnis enim idea cum suo ideato convenit, nec video quid sit idea falsa. Tertium, quartum, quintum demonstrari posse arbitror.

30 Propositio 1. *Substantia est natura prior suis affectionibus*, id est modis nam ad defin. 5. dixit, se per substantiae affectiones intelligere modos. Caeterum non explicuit quid sit *esse natura prius*, ideoque nec potest haec propositio ex praecedentibus demonstrari. Videtur autem per *natura prius alio* intelligere, id per quod aliud concipitur.

4 erit | ea *gestr.* | plura *L* 7 eadem *erg. L* 7 f. diversis (*I*) modis (2) attributis | seu modis *gestr.* |
 exprimi *L* 10–26 Definitio 7. . . . *existentiam. erg. (I)* Axiomata (*a*) proba (*b*) sunt (2) Circa . . .
 noto: (*a*) Tantum (*b*) Primum | tamen *erg.* | *L* 13 f. *rei (I) aeternae necessitate* (2) *essentia L* 29 posse |
 imo et debere, *gestr.* | arbitror. *L* 33 *alio erg. L*

Caeterum fateor et in hoc aliquam esse difficultatem, videntur enim non tantum posteriora per priora, sed et priora per posteriora concipi posse. Licebit tamen *natura prius* hoc modo definire, quod concipi potest non concepto alio; ita ut contra alterum concipi non possit nisi concepto ipso. Verum ut dicam quod res est natura prius paulo latius est: Nam exempli causa proprietates denarii ut sit $6 + 4$ posterior natura est hac, ut sit $6 + 3 + 1$ (quia ista est propior omnium primae: denarius est $1 + 1 + 1 + 1 + 1 + 1 + 1 + 1 + 1 + 1 + 1$) et tamen concipi potest sine priore, imo quod amplius est potest sine ea demonstrari. Addo aliud exemplum: in Triangulo Proprietas illa, quod tres anguli interni sint aequales duobus rectis; posterior natura est hac: quod duo anguli interni sint aequales externo tertii, et tamen illa sine ista concipi, imo forte (etsi non aequae commode) sine ipsa demonstrari potest. 5 10

Propositio 2. *Duae substantiae diversa attributa habentes nihil inter se commune habent.* Si per attributa intelligit praedicata quae per se concipiuntur, concedo propositionem posito duas esse substantias *A* et *B*, et substantiae *A* attributum esse *c*, substantiae *B* attributum esse *d*, vel si substantiae *A* attributa omnia sint *c*, *e*, substantiae vero *B* attributa omnia *d*, *f*. Secus est si duae illae substantiae quaedam habeant attributa diversa, quaedam communia, ut, si attributa ipsius *A* sint *c*, *d*, et ipsius *B* sint *d*, *f*. Quod si negat hoc fieri posse demonstranda est impossibilitas. Propositionem ipsam in casu objectionis forte demonstrabit hoc modo: quia *d* pariter et *c* eandem essentiam exprimit (cum eiusdem substantiae *A* attributa sint ex hypothesi); et ob eandem rationem etiam *d* et *f* (cum etiam ex hypothesi eiusdem substantiae *B* attributa sint), Ergo et *c* et *f*, unde sequitur eandem esse substantiam *A* et *B*, contra hypothesin, absurdum ergo duas substantias diversas aliquid commune habere. Respondeo, non concedi a me quod possint dari duo attributa quae per se concipi, et tamen idem exprimere possint. Nam quandocumque id contingit, tunc duo illa attributa idem diverso modo exprimentia tandem resolvi possunt, vel saltem eorum alterutrum. Quod facile possum demonstrare. 15 20 25

Propositio 3. *Quae res nihil commune inter se habent, earum una alterius causa esse non potest, per axiom. 5. 4.*

Propositio 4. *Duae aut plures res distinctae vel inter se distinguuntur ex diversitate attributorum substantiarum, vel ex diversitate affectionum.* Demonstrat ita: 30 Omnia

1 f. tantum (1) priora per posteriora, sed et posteriora (2) posteriora L 4 ut erg. L 8 f. interni erg. L 9 anguli (1) sint a (2) interni L 15 d (1) . Non vero concedo, si duae illae substa (2) , vel L 18 f. impossibilitas. | (1) Si fortasse (2) Propositionem . . . forte erg. | L 19 f. exprimit (1) (quia ejusdem substantiae A attributa sunt) (2) | (cum . . . hypothesi erg. | L 21 (cum . . . substantiae (1) A (2) B . . . sint) erg. L 21–23 unde . . . ergo (1) dari (2) duas . . . habere erg. L 30 f. affectionum. (1) Patet satis ex definitionibus. Modo ponas (2) Per (3) Nam (axiom. 1) id est (4) Per axiom. 1, defin. 3, 5. (5) Demonstrat ita: (a) extra intellectum nihil datur praeter substantias ejusque affectiones (b) Omnia L

quae sunt vel in se vel in alio sunt per axiom. 1, hoc est per defin. 3 et 5 extra intellectum nihil datur praeter substantias earumque affectiones. (Hic miror eum oblivisci attributorum nam defin. 5. per substantiae affectiones intelligit tantum modos. Sequitur ergo aut eum ambigue locutum, aut attributa non numerari ab eo inter res extra
 5 intellectum existentes sed tantum substantias et modos. Caeterum propositionem facilius poterat ostendere, modo addidisset; *res quae scilicet concipi possunt per attributa vel affectiones necessario cognosci adeoque et distingui.*)

Propositio 5. *In rerum natura non possunt dari duae aut plures substantiae ejusdem naturae seu attributi.*

10 (Hic annoto obscurum videri, quid sit hoc: *in rerum natura*. An intelligat: *in universitate rerum existentium*; an vero *in regione idearum vel essentialium possibilium*. Deinde obscurum est an velit dicere non dari plures Essentias ejusdem attributi communis; vel an velit non dari plura individua ejusdem essentiae. Miror etiam cur hic vocem *naturae* et vocem *attributi* pro aequipollentibus sumat, nisi per attributum
 15 intelligit quod totam continet [naturam. Quo posito non] video quomodo possint dari plura attributa ejusdem substantiae quae per se concipiantur.) Demonstratio: Si distinguerentur, aut affectionibus aut attributis distinguerentur; si affectionibus, ergo cum substantia sit natura prior suis affectionibus per prop. 1. depositis affectionibus etiam distingui debent, ergo attributis. Si attributis ergo non dantur duae substantiae ejusdem
 20 attributi. Respondeo subesse videri paralogismum. Nam duae substantiae possunt distingui attributis, et tamen habere aliquod attributum commune, modo etiam aliqua praeterea habeant propria. Ex. gr. A et B quorum illius attributum sit c, d, huius d, e.

Annato: prop. 1. non esse utilem nisi ad hanc. Verum ea potuisset careri, quia sufficit substantiam concipi posse sine affectionibus, sive sit natura prior, sive non.

25 Adhibebitur haec propositio ad prop. 6 et 8.

Propositio 6. *Una substantia non potest produci ab alia substantia*, nam duae substantiae per prop. 5. non sunt eiusdem attributi, ergo nihil commune habent per prop. 2, ergo non potest unum esse alterius causa, per axiom. 5. Idem aliter et brevius quia quod per se concipitur, non potest concipi per aliud velut causam per axiom. 4. Caeterum

5 f. facilius (1) explicare (2) poterat L 11 f. *possibilium* (1)) Demonstratio huc redit si distinguuntur (2) Deinde L 15 naturam . . . non *erg.* Hrsg. nach Gerhardt 16 quae . . . concipiantur *erg.* L 21 etiam (1) aliquod (2) aliqua L 24–26 non. (1) Imo haec ipsa propositio non est utilis ad sequentem. Et tamen sequens sine ea melius demonstrari potest. (2) Adhibebitur . . . 8. | sed *str.* Hrsg. |
 Propositio 6. L 29 4. (1) (Unde patet rem semper vel priore vel posteriore modo resolvi in axiom. 4. nam et prop. 3. pendet ab axiom (2) Propositio 7. *ad naturam substantiae pertinet existere* (3) Caeterum L

respondeo concedi a me demonstrationem si substantia sumitur pro re quae per se concipitur. Secus est si sumatur pro re quae in se est, uti vulgo homines sumunt, nisi ostendatur idem esse *in se esse*, et *per se concipi*.

Propositio 7. *Ad naturam substantiae pertinet existere*. Substantia non potest produci ab alio prop. 6. Ergo est causa sui, id est per defin. 1. ipsius [essentia] involvit existentiam. Hic non immerito reprehenditur quod causam sui modo ut definitum aliquod sumit, cui peculiarem significationem defin. 1. ascripsit, modo et eo in communi ac vulgari suo significato utitur. Remedium tamen facile est, si definitionem illam 1. in axioma convertat, et dicat: *Quicquid non ab alio est, id est a se ipso, seu ex sua essentia*. Verum aliae hic supersunt difficultates: Nempe procedit tantum ratiocinatio, posito substantiam existere posse. Necesse est enim tunc ut quia ab alio produci non potest, a se ipso existat, adeoque necessario existat; possibilem autem substantiam id est concipi posse demonstrandum est. Demonstrari posse videtur ex eo quia si nihil per se concipitur, nihil etiam per aliud concipietur, adeoque nihil omnino concipietur. Quod ut distincte ostendatur considerandum est, si ponatur *a* concipi per *b* in conceptu ipsius *a* esse conceptum ipsius *b*. Et rursus si *b* concipitur per *c* in conceptu *b* esse conceptum ipsius *c*, et ita conceptus ipsius *c*, in conceptu ipsius *a* erit et ita porro usque ad ultimum. Quid si quis respondeat non dari ultimum, respondeo nec dari primum, quod sic ostendo. Quia in eius quod per aliud concipitur conceptu, nihil est nisi alienum, ideo gradando per plura, aut nihil omnino in eo erit aut nihil nisi quod per se concipietur. Quam demonstrationem novam plane, sed infallibilem esse arbitror. Eiusque ope demonstrari potest id quod per se concipitur concipi posse. Sed adhuc tamen dubitari potest, an ideo sit possibile; eo modo quo hoc loco sumitur *possibile*. Nimirum non pro eo quod concipi potest, sed pro eo cuius aliqua concipi potest causa; resolubilis tandem in primam. Nam quae a nobis concipi possunt non ideo tamen omnia produci possunt, ob alia potiora quibus incompatibilia sunt. Ideo Ens quod per se concipitur actu esse probari debet adhibita experientia, quia existunt quae per aliud concipiuntur, ergo existit etiam id per quod concipiuntur. Vides quam longe alia sit opus ratiocinatione, ad accurate probandam rem per se existentem. Forte tamen hac ultima cautione non opus.

Propositio 8. *Omnis substantia est necessario infinita* quia alioqui terminaretur ab alia eiusdem naturae per defin. 2. et darentur duae substantiae eiusdem attributi contra prop. 5. Haec propositio ita intelligenda: res quae per se concipitur in suo genere infinita

5 est (1) si existit (2) ip (3) per L 5 existentia L ändert Hrsg. 11 substantiam | produci seu
gestr. | existere L 20 plura | aliena gestr. | , aut L 24 causa (1) ; Multa enim (2) , resolubilis L
24 primam | actu existentem gestr. | . Nam L 26 Ideo erg. L

est, et ita admittenda. Demonstratio autem laborat tum obscuritate, quoad illud: *terminatur*, tum incertitudine ratione prop. 5. In Schol. elegantem habet ratiocinationem ad probandum rem quae per se concipitur esse unicam in suo scilicet genere, quia ponantur esse plura individua, ideo debet esse ratio in natura cur sint tot non plura.

- 5 Eadem cum faciat cur sint tot, faciat cur sit hoc et hoc. Ergo et cur sit hoc. Ea ratio autem non est in uno horum potius quam in altero. Ergo extra omnia. Una objectio fieri posset, si dicatur numerum [eorum] esse interminatum, sive nullum, sive omnem numerum excedere. Verum corrigi potest, si aliqua tantum ex ipsis sumamus, et quaeramus cur illa extiterint, vel si sumamus plura aliquid commune habentia, v.g. in eodem loco existentia,
- 10 cur illa in hoc loco extiterint.

Propositio 9. *Quo plus realitatis aut esse unaquaeque res habet eo plura attributa ipsi competunt* (explicandum erat quid intelligatur per realitatem aut esse, sunt enim haec obnoxia aequivocationibus). Demonstratio: patet ex defin. 4. Haec autor. Mihi eam inde patere non videtur. Nam potest una res plus realitatis habere quam alia, ideo

15 quod ipsa major est in suo genere, seu maiorem attributi alicuius partem habet. V.g. circulus plus extensionis habet quam quadratum inscriptum. Et dubitari adhuc potest an plura dentur attributa eiusdem substantiae, eo modo quo autor attributa sumsit. Fateor interim hoc admissio et posito attributa esse compatibilia eo perfectiorem esse substantiam, quo plura habet attributa.

- 20 Propositio 10. *Unumquodque unius substantiae attributum per se concipi debet*, per defin. 4 et 3. Sed hinc ut aliquoties objeci sequitur non dari nisi unicum unius substantiae attributum, si quidem totam essentiam exprimit.

- Propositio 11. *Deus seu substantia constans infinitis attributis quorum unumquodque aeternam et infinitam essentiam exprimit, necessario existit.* Tres affert
- 25 demonstrationes. Prima. Quia substantia. Ergo per prop. 7 existit. Sed hoc supponit et substantiam necessario existere quod ad prop. 7 non fuit satis demonstratum, et Deum esse substantiam possibilem. Quod non aequae facile demonstratu est. II^{da}. Semper causa esse debet tam cur res sit quam cur non sit. At nulla ratio esse potest cur Deus non existat, non in ipsius natura, neque enim implicat contradictionem, non in altero nam
- 30 alterum

1 f. Demonstratio . . . prop. 5. *erg. L* 3 probandum (1) substantiam in suo genere esse (2) rem *L*
 6 Una (1) responsio (2) objectio *L* 7 earum *L ändert Hrsg.* 9 vel (1) cur illa (2) si *L* 14 videtur.
 (1) Hoc tantum sequitur quo plus realitatis res habet, eo plus de uno aliquo attributo ipsi competere (2) Nam *L*
 17 sumsit. (1) Prop. 10 (2) Fateor *L* 18 admissio (1) eo perfectio (2) et *L* 21 f. Sed . . . exprimit. *erg. L*
 24 existit. (1) Probat per prop. 7 (2) Tres *L* 25 supponit (1) Deu (2) et *L* 27 est. (1) Corpora (2)
 (Dabit) (3) II^{da}. *L*

illud vel erit eiusdem naturae et attributi adeoque jam erit Deus, vel non erit, adeoque nihil habebit commune cum Deo, adeoque existentiam eius nec ponere nec impedire potest. Respondeo 1) nondum probatum Dei naturam non implicare, tametsi id asserere autor sine probatione absurdum esse dicat. 2) Poterit esse eiusdem naturae cum Deo in quibusdam non in omnibus. 3) Entia finita existunt (per experientiam). Ergo si infinitum non existit, erunt ipsa potentiora Ente infinito. Respondetur si implicet Ens infinitum nullam potentiam habebit. Ut taceam improprie dici *potentiam* de existendi vi.

Propositio 12. 13. *Nullum substantiae attributum potest vere concipi, ex quo sequatur substantiam posse dividi, seu substantia absolute sumta est indivisibilis.* Nam destruetur dividendo, partes non erunt infinitae adeoque nec substantiae. Darentur plures substantiae eiusdem naturae. Concedo de re per se existente.

Corollarium. *Hinc sequitur nullam substantiam adeoque nec corpoream esse divisibilem.*

Propositio 14. *Praeter Deum nulla dari neque concipi potest substantia.* Quia Deo omnia competunt attributa, nec dantur plures substantiae eiusdem attributi, ideo nulla datur substantia praeter Deum. Omnia haec supponunt definitionem substantiae, quod sit Ens quod per se concipitur, et alia multa supra notata non admittenda. (Mihi nondum certum videtur corpora esse substantias. Secus de mentibus.)

Corollarium 1. *Deum esse unicum.*

Corollarium 2. *Rem cogitantem vel rem extensam esse vel Dei attributa vel [per axiom. 1] affectiones attributorum Dei.* (Hoc est confuse loqui; praeterea nondum ostendit extensionem et cogitationem esse attributa seu per se concipi.)

Propositio 15. *Quicquid est in Deo est, et nihil sine Deo esse neque concipi potest.* Quia enim nulla praeter Deum substantia prop. 14, ideo omnia alia erunt affectiones Dei seu modi, quia praeter substantias et modos nil datur. (Rursus omittit attributa.)

Propositio 16. *Ex necessitate divinae naturae infinita infinitis modis, hoc est omnia quae sub intellectum infinitum cadere possunt sequi debent, per defin. 6.*

Corollarium 1. *Hinc sequitur Deum omnium quae sub intellectum cadunt esse causam efficientem.*

1 eiusdem (I) attrib (2) naturae L 7 Ut . . . vi. erg. L 8 13 erg. L 9–11 Nam (I) partes (2) destruetur . . . naturae. erg. Concedo . . . existente. erg. L 17 f. (Mihi . . . esse (I) substantiam. (2) substantias. . . mentibus) erg. L 20 f. per . . . 1 erg. Hrsg. nach Spinoza 21 est (I) obscure (2) confuse L 21 f. praeterea nondum (I) attendit (2) ostendit . . . concipi erg. L 24 f. erunt | vel attributa vel *gestr.* | affectiones L

2. *Deum esse causam per se non vero per accidens.*

3. *Deum esse absolute causam primam.*

Propositio 17. *Deus ex solis naturae legibus et a nemine coactus agit, quia nihil extra ipsum.*

5 Corollarium 1. *Hinc sequitur 1^o nullam dari causam quae Deum extrinsece vel intrinsece praeter ipsius naturae perfectionem incitet ad agendum.*

Corollarium 2. *Solum Deum esse causam liberam.*

In Scholiis fusius explicat Deum omnia quae in ipsius intellectu sunt creavisse (cum tamen videatur ea tantum creasse quae voluit). Dei intellectum etiam in essentia a nostro
10 intellectu ait differre, nec nisi aequivoce tribui posse utrique nomen intellectus, quemadmodum canis signum coeleste, et canis animal latrans. Causatum differt a sua causa in eo quod a causa habet. Homo ab homine quoad existentiam quam ab homine habet, a Deo quoad essentiam quam a Deo habet.

Propositio 18. *Deus est rerum causa immanens non vero transiens.* Sequitur ex
15 eo quod supra visus sibi est ostendisse, Deum solum esse substantiam, caetera eius modos.

Propositio 19. *Deus sive omnia eius attributa sunt aeterna.* Nam essentia eius involvit existentiam, et attributa eius involvunt eius essentiam. Citat praeterea autor ac probat modum quo id demonstravit prop. 19. *Principiorum Cartesii.*

20 Propositio 20. *Dei [existentia] et eius essentia unum et idem sunt.* Quia omnia eius probat ex eo, quia attributa Dei quia aeterna (per prop. 19) existentiam exprimunt per definitionem aeternitatis. Eadem autem et essentiam exprimunt per definitionem attributi. Ergo essentia et existentia sunt idem in Deo. Respondeo id non sequi, sed hoc tantum, quod ab eodem exprimantur. Noto etiam prop. hanc supponere praecedentem,
25 quod si ergo loco praecedentis ipsius demonstratio in huius demonstratione adhibeatur patebit inepta circuitio. Hoc modo: Dei essentia et existentia sunt unum et idem. Probo: Quia attributa Dei et existentiam et essentiam exprimunt. Essentiam exprimunt ex definitione attributi. Existentiam exprimunt, quia aeterna, aeterna autem, quia involvunt existentiam,

6 *ipsius (1) naturam (2) naturae L* 8 f. (cum . . . voluit) *erg. L* 10 aequivoce (1) ei (2) tribui *L*
14–16 Sequitur . . . Deum (1) esse (2) u (3) solum . . . modos. *erg. L* 20 *essentia L* ändert Hrsg.
21 19) (1) essentia (2) existentiam *L* 25 f. adhibeatur (1) inepta oriatur identicitas (2) patebit . . .
circuitio *L* 28 quia (1) existen (2) Dei (3) aeterna *L*

exprimunt enim Dei essentiam quae involvit existentiam. Quid opus ergo mentione aeternitatis attributorum, et propositione 19, cum res eo tantum redeat, ut probetur Dei existentiam et essentiam esse unum et idem, quia Dei essentia involvit existentiam, caetera enim adhibita sunt inanis apparatus causa, ut in speciem demonstrationis tornarentur. Hujusmodi ratiocinationes illis valde familiares, qui veram demonstrandi 5 artem non tenent.

Corollarium 1. *Hinc sequitur Dei existentiam pariter atque essentiam esse aeternam veritatem.* Haec propositio non video quomodo ex praecedente sequatur, imo longe praecedente verior et clarior est. Statim enim patet posito quod Dei essentia involvat existentiam, tametsi non admittatur, esse unum et idem. 10

Corollarium 2. *Deus est immutabilis omniaque eius attributa.* Ista obscure et confuse proponit probatque autor.

Propositio 21. *Quae ex absoluta natura alicuius attributi Dei sequuntur semper et infinita existere debuerunt, sive per idem attributum aeterna et infinita sunt.* Demonstrat satis obscure et prolixè, cum sit facile. 15

Propositio 22. *Quicquid ex aliquo Dei attributo quatenus modificatum est tali modificatione quae et necessario et infinita per idem existit, sequitur, debet quoque necessario et infinitum existere.* Ait procedere demonstrationem ut in praecedenti. Ergo etiam obscure. Vellem exemplum talis modificationis dedisset.

Propositio 23. *Omnis modus qui et necessario et infinitus existit necessario sequi debuit vel ex absoluta natura alicuius attributi Dei, vel ex aliquo attributo modificato modificatione, quae et necessario et infinita existit.* Id est modum talem sequi ex absoluta natura alicuius attributi vel immediate, vel mediante alio modo tali. 20

Propositio 24. *Rerum a Deo productarum essentia non involvit existentiam; alioqui per def. 1. causa esset sui. Quod est contra Hypothesin. Res aliunde manifesta.* 25 Sed haec demonstratio est paralogismus. Causa enim sui per eius definitionem 1. non communem sensum retinuit, sed peculiarem nacta est. Non potest ergo communem vocis sensum in locum proprii pro arbitrio a se assumti substituere autor, nisi ostendat eos aequivalere.¹

¹ *Am Rande:* Ex hac propositione sequitur contra ipsum Spinosam res non esse 30 necessarias. Hoc enim necessarium non est, cujus essentia existentiam non involvit.

1 Dei (1) natura (2) essentiam L 22 talem erg. L 23 absoluta (1) Dei (2) natura L 28 f. , nisi . . . aequivalere erg. L 30 sequitur (1) res (2) S (3) contra L

Propositio 25. *Deus non tantum est causa efficiens rerum existentiae, sed etiam essentiae.* Alioqui posset rerum essentia sine Deo concipi, per Axiom. 4. Sed haec probatio nullius momenti est. Nam ut concedamus essentiam rerum sine Deo concipi non posse ex prop. 15, non ideo sequitur Deum esse essentiae rerum causa. Axioma enim
 5 quantum non hoc dicit: sine quo quid non concipi potest, id est eius causa (quod sane falsum esset, nam linea² sine puncto³ concipi non potest: non ideo punctum lineae⁴ causa), sed hoc tantum effectus cognitionem involvere cognitionem causae, quod longe aliud est. Neque enim hoc axioma est convertibile. Ut taceam aliud esse involvere, aliud sine ipso concipi non posse. Parabolae cognitio involvit in se cognitionem foci, potest
 10 tamen sine eo concipi.

Corollarium. *Res particulares nihil sunt nisi Dei attributorum affectiones, sive modi, quibus attributa Dei certo ac determinato modo exprimuntur.* Hoc ait patere ex defin. 5. et prop. 15., sed non apparet quomodo hoc corollar. connectatur cum hac prop. 25. Certe Spinoza non est magnus demonstrandi artifex. Corollarium hoc ex supra dictis
 15 satis patet, et verum est si sano sensu intelligatur, non quidem res esse tales modos, sed modos concipiendi res particulares, esse modos determinatos concipiendi attributa divina.

Propositio 28. *Quodcunque singulare sive quaevis res quae finita est et determinatam habet existentiam non potest existere nec ad operandum determinari, nisi
 20 ad existendum et operandum determinetur ab alia causa, quae etiam finita est et determinatam habet existentiam, et haec iterum ab alia; et sic in infinitum.* Quia nihil determinatum, finitum et certo tempore existens, ex absoluta Dei essentia sequi potest. Ex hac opinione recte expensa multa absurda sequuntur. Revera enim res ex natura Dei hoc modo non sequuntur. Ipsum enim determinans ab alia re iterum determinatur et sic in
 25 infinitum. Nullo modo ergo res determinantur a Deo. Deus tantum absoluta quaedam et generalia de suo contribuet. Rectius dicendum unum particulare non determinari ab alio, progressu in infinitum; alioqui enim revera semper manent indeterminata; utcunque

² *Darüber:* circulus

³ *Darüber:* centro

30 ⁴ *Darüber:* centrum circuli

2 Alioqui (I) Deus rerum (2) posset L 3 est. (I) Axioma enim quantum non (2) Nam L
 3 concedamus (I) res (2) essentiam rerum L 4 ex prop. 15 erg. L 7 tantum (I) effectuum (2)
 effectus L 9 posse. (I) Parabola involvit in se focum, (2) Parabolae . . . foci, L 15 f. sed (I) modum
 (2) modos L 18 f. et erg. L 24 ab (I) alio (2) alia re L

progrediari: sed potius omnia particularia determinari a Deo. Nec [priora posteriorum] esse causam plenam, sed Deum potius posteriora creare ita ut connectantur prioribus secundum sapientiae regulas. Si dicimus priora et causas efficientes posteriorum, vicissim erunt posteriora quodammodo causae finales priorum, apud eos qui ponunt Deum secundum finem operari.

5

Propositio 29. *In rerum natura nullum datur contingens, sed omnia ex necessitate divinae naturae determinata sunt ad certo modo existendum et operandum.* Demonstratio obscura et praerupta est, ducta per propositiones praecedentes praeruptas obscuras et dubias. Res pendet a definitione contingentis, quam nuspiam dedit. Ego cum aliis contingens sumo pro eo cuius essentia non involvit existentiam. Hoc sensu res 10 particulares erunt contingentes secundum ipsum Spinosam per prop. 24. Sed si contingens sumas more quorundam Scholasticorum Aristoteli et aliis hominibus usuique vitae incognito; pro eo quod contingit, sic ut ratio reddi non possit ullo modo cur sic potius evenierit quam aliter, et cuius causa positis omnibus requisitis tam intra quam extra ipsam, aequae disposita fuit ad agendum quam non agendum; puto tale contingens 15 implicare, omniaque esse sua natura, ex hypothesi voluntatis divinae statusque rerum, certa ac determinata, tametsi nobis inexplorata, neque in se ipsis sed per suppositionem sive hypothesin externorum suam determinationem habentia.

Propositio 30. *Intellectus actu finitus et actu infinitus Dei attributa Deique affectiones comprehendere debet et nihil aliud.* Hanc propositionem satis claram ex 20 praecedentibus, et sano sensu veram noster autor per alia obscura et dubia et remota more suo probat: nempe quod idea vera convenire debeat cum ideato, id est ut per se notum (sic ait, etsi ego quomodo id per se notum, imo verum sit non capiam), id quod in intellectu objective continetur, debet necessario in natura dari. Quod non nisi una substantia datur nempe Deus. Quae tamen propositiones obscurae et dubiae, et longe 25 remotae sunt. Videtur autoris ingenium fuisse valde detortum: raro procedit via clara et naturali, semper incedit per abrupta et circuitus pleraeque eius demonstrationes magis animum circumveniunt (*surprennent*) quam illustrent.

Propositio 31. *Intellectus actu sive finitus sive infinitus, ut et voluntas, cupiditas, amor etc. ad naturam naturatam non ad naturantem referri debent.* Intelligit 30 per naturam naturantem Deum eiusque attributa absoluta, per naturatam eius modos. Esse autem intellectum nihil aliud quam certum cogitandi modum. Hinc alias dicit Deum proprie non intelligere nec velle. Hic ipsi non assentior.

1 posteriora priorum *L ändert Hrsg.* 4 quodammodo (1) fines (2) causae *L* 14 aliter, (1) quodque ita est in Dei (2) cuiusque (3) et *L* 21 et remota *erg. L* 25 propositiones (1) rem (2) obscurae *L* 26 fuisse (1) non (2) valde (a) tortum: (b) detortum: *L*

Propositio 32. *Voluntas non potest vocari causa libera, sed tantum necessaria.* Quia scilicet liberum id quod tantum a se determinatur. Voluntatem autem esse modum cogitandi, adeoque ab alio modificari.

Propositio 33. *Res nullo alio modo neque ordine a Deo produci potuerunt quam*
 5 *productae sunt.* Sequuntur enim ex immutabili natura Dei. Haec propositio vera falsave,
 prout explicatur. Ex hypothesi voluntatis divinae eligentis optima seu perfectissime
 operantis certe non nisi haec produci potuerunt, secundum ipsam vero rerum naturam per
 se spectatam, aliter produci res poterant. Quemadmodum angelos confirmatos dicimus
 non posse peccare, salva eorum libertate, possent si vellent, sed non volent, possent velle
 10 absolute loquendo, sed hoc rerum statu existente amplius non possunt velle.

Recte autor et in Scholio agnoscit, duobus modis aliquid impossibile reddi vel quia
 in se implicat, vel quia causa nulla externa datur ad producendum apta. In Scholio
 secundo negat Deum omnia sub ratione boni agere. Nimirum negavit ei voluntatem, et
 dissidentes putat Deum fato subicere. Cum tamen ipse fateatur Deum omnia sub
 15 ratione perfecti agere.

Propositio 34. *Dei potentia est ipsa eius essentia.* Quia ex natura essentiae
 sequitur eum esse causam sui et aliorum.

Propositio 35. *Quicquid in Dei potestate existit id necessario est,* id est ex
 essentia eius sequitur.

20 Propositio 36. *Nihil existit ex cuius natura effectus aliquis non sequatur,* quia
Dei naturam certo ac determinato modo exprimit, hoc est per prop. 34. Dei potentiam,
 (non sequitur satis) verum est tamen.

Subjicit Appendicem contra eos qui Deum propter finem operari putant, miscens
 vera falsis. Etsi enim verum sit non omnia hominum causa fieri, non tamen sequitur sine
 25 voluntate sive boni intellectu agere.

6 divinae (I) optima (2) eligentis L 8 Quemadmodum (I) de Deo et angelis (2) angelos L

13 secundo erg. L 16 ex (I) necessitate essentiae De (2) natura L 22 sequitur (I) , nisi (2) satis L

23 propter (I) fines (2) finem L

338.AD SENTENTIAM SPINOZAE DE NECESSITATE RERUM

[1678 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH IV 8 Bl. 24. 1 Zettel (4,5 × 7 cm). 1 S.*E* BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 105.

5

In welchem sachlichen Zusammenhang und zu welchem Zweck Leibniz Schol. I zu Prop. 33 in Teil I der *Ethica* neben oder nach den Erläuterungen N. 337 noch einmal besonders notiert hat, konnte nicht ermittelt werden.

Etiam Spinoza cogitur tandem agnoscere non omnia esse absolute necessaria, ait enim *Operum posthum.* p. 30: Impossibile est aliquid vel quia ejus definitio contradictionem involvit, quia vel nulla causa datur ad producendam rem talem determinata. 10

339.REMARQUES TOUCHANT LES MEDITATIONS SUR LA METAPHYSIQUE
DE L'ABBE DE LANION

[Sommer 1678 bis Winter 1680/81 (?)]

Überlieferung:

15

L Konzept: LBr 598 Bl. 35–36. 1 Bog. 2°. 4 1/2 Sp.*E* ROBINET, *Malebranche et Leibniz*, 1955, S. 121–125.

Die Datierung beruht auf dem häufig belegten Wasserzeichen.

10 f. Vgl. B. DE SPINOZA, *Ethica*, pars I, prop. 33, schol. 1 [Marg.].

Remarques touchant *Méditations sur la Métaphysique*, publiées l'an
1678, en petit

1. Meditation

Comme je sens que je suis né libre)

5 Il seroit bon de dire ce que c'est que liberté. Mais je passe cela parce que la mention qui se fait icy de la liberté n'interesse pas les raisonnemens qui suivent.

J'ay ouy dire qu'il y avoit un Dieu)

Il n'est pas encor necessaire de l'y mêler quoyque M. des Cartes l'ait fait aussi: mais je ne voy pas que la methode nous donne icy occasion de l'y faire entrer: puisque nous
10 avons déjà assés de raisons de douter, prises des choses mêmes, et que c'est plutost le souvenir d'un ouy-dire, c'est à dire un hazard que l'ordre qui nous y fait penser.

Cependant je ne m'arresteray pas la dessus (: Quoyqu'il y ait souvent lieu de faire la même remarque dans la suite :) puisqu'elle ne touche pas la force du raisonnement, mais seulement l'art d'inventer.

15 *Pour etabli quelque chose de ferme et de solide dans les sciences, je dois douter de tout)*

Il me semble qu'il n'est pas necessaire surtout aujourd'huy de tant insister la dessus. On peut demonstrier les choses demonstrables sans faire tousjours mention des choses douteuses.

2 Remarques (I) aux(2) sur les (3) touchant L 2 f. publiées l'an erg. L 5 Il (I) falloit (2) seroit bon de L 5 f. liberté. (I) Je dois douter de tout feindre (a) pour un temps (b) que toutes les opinions que j'ay eues (2) | Mais (a) je ne (b) je passe (aa) par dessus (bb) cela . . . suivent. erg. | L 9 que (I) l'ordre de (2) la L 10 plutost (I) l'ouy-dire ou le hazard que la me (2) le L 11 l'ordre (I) de penser (2) qui L 14–19 l'art (I) de raisonner (2) d'inventer (a), ou l'a (b) Pour . . . douteuses. L

2. Meditation

Je suis convaincu par un sentiment interieur que toutes ces choses sont en moy
 Voilà la premiere fois qu'on parle de conviction: et la cause de cette conviction c'est le
 sentiment interieur. Mais d'où vient que les sentimens interieurs sont seurs? Il falloit
 expliquer cela. On me dira: que c'est parce que sans cela il n'y a rien de seur du tout. 5
 Soit, diroit peutestre un autre sceptique. Mais je ne suis pas de ce sentiment, et je croy
 qu'on peut dire quelque chose de plus satisfaisant.

Je ne conçois point clairement la nature de ce qui est en moy
 Cela est peut estre moins éloigné de la verité que de M. des Cartes.

3. Meditation

10

*J'ay senti que je ne pouvois douter que j'étois ou ce qui est la même chose j'ay
 conçu clairement et distinctement que j'existois. Je puis donc admettre pour principe que
 tout ce que je conçois clairement et distinctement est indubitable)*

Il me semble que l'auteur veut donner icy une marque de certitude, qui est de sentir
 qu'on ne peut pas douter. Mais elle est obscure, et fort sujette aux caprices des hommes. 15
 Il y auroit un peu plus de clarté, s'il avoit dit que c'est lorsque je ne trouve pas des
 raisons de douter; mais cela ne donne qu'une conjecture ou presumption. On pourroit
 encor mieux dire que c'est lors que je vois qu'on ne peut trouver des raisons de douter.
 Cela est bon: mais comment le peut-on voir?

(§. *Premierement*) *L'idée qui me represente un estre infiniment parfait est bien* 20
différente de celle qui me represente un estre borné.)

J'avoue qu'il est temps icy de parler de l'estre infiniment parfait. Mais il auroit esté bon
 de nous faire voir comment et pourquoi. C'est parce qu'ayant considéré les idées en
 general, il faut que je les considere en particulier, et comme il n'y a point de Minimum
 dans les idées, il faut commencer par l'autre bout, c'est à dire par la plus grande s'il y en a. 25

3 et (1) le moy (2) la L 5 dira | peut estre *gestr.* | : que L 6 autre (1) que moy (2) sceptique L
 7 f. satisfaisant. | L'auteur alleguera (je crois) une autre raison, sçavoir *erg. u. gestr.* | Je L 9 est (1) un peu
 (a) differ (b) éloigne (2) peut L 11 j'étois (1) ou *plustost* (2) ou L 14 Il (1) falloit expliquer ce que
 c'est que de concevoir clairement et distinctement. (2) me L 17 ou *presumption erg. L* 22 parfait. (1)
 Car considerant toutes les idées q (2) Mais L 23 nous (1) y mener (2) faire L

(§. *Je dois donc conclure*) *Ayant dans moy l'idée d'un estre infiniment parfait*

Je voudrois que l'auteur se fût appliqué d'avantage à nous faire appercevoir qu'il y en a une. Est ce parce qu'on en peut raisonner? Mais on peut raisonner aussi sur *de numero maximo*, qui ne laisse pas d'impliquer contradiction aussi bien que *maxima velocitas*. Il faut encor beaucoup de méditations profondes pour achever la demonstration de l'existence de Dieu, fondée sur l'existence de son idée.

(§. *Or comme on ne peut*)

Il semble que l'auteur veut prouver icy qu'il y a une idée de l'estre infiniment parfait. Car la substance infinie dit-il a plus de réalité que la finie, donc j'ay plustost en moy la notion de l'infini que du fini. Je ne voy pas bien cette consequence: d'autant qu'on peut douter si elle n'implique pas. Il ajoute je conçois que je ne suis pas tout parfait parce que j'ay en moy l'idée d'un estre plus parfait que le mien. Mais cela ne prouve pas encor la these à mon avis. Car je puis juger que le binaire n'est pas un nombre infiniment parfait parce que j'ay ou puis appercevoir dans mon esprit l'idée d'un autre plus parfait, et encor d'un autre plus parfait que celluy-ci. Mais après tout je n'ay pas pour cela l'idée d'un nombre infini, quoyque je voye bien que je puisse considerer un nombre plus grand que quelque nombre donné que ce soit.

4. Meditation

Je n'entends pas bien la distinction que l'auteur fait entre l'entendement et la volonté. Je me considere dit il, ou entant qu'appercevant et recevant des idées et connoissances c'est ce que j'appelle entendement ou entant qu'estant poussée et déterminé vers ces idées, et c'est ce que j'appelle volonté. Mais n'est ce pas estre poussé ou déterminé vers certaines idées, plustost que vers quelques autres, quand on s'en apperçoit.

Ce qu'il y dit de la cause des erreurs ne me satisfait pas encor. Il est vray qu'on se trompe, quand on juge des choses sans les considerer assés: mais d'où vient qu'on juge inconsiderément. C'est là la question, ou plustost en general, d'où vient qu'on juge? Car

5 pour (I) pousser cette (2) achever L 10 f. : d'autant . . . pas erg. L 13 avis. (I) Je v (2) Car de même le binaire (3) Car . . . binaire L 14 mon (I) estre (2) esprit L 16 infini, (I) mais seulement d'une infinité de nombres. (2) quoyque L 22 f. estre (I) déterminé ou (2) poussé ou déterminé L 25 pas (I) non plus ou plustost (2) assés (3) encor. (a) Je ne l'entends pas bien. (b) Il L 25 f. se (I) peut tromper (2) trompe, L 27-S. 1781.1 , ou . . . mal erg. (I) . Ce qu'il dit (2) . Il repete L

de là depend la raison pourquoy l'on juge mal.¹ Il repete à la fin *que je ne dois juger que lors qu'il n'est pas en mon pouvoir de refuser mon consentement*. Mais il est bien difficile de sçavoir ce qui est en mon pouvoir; et souvent un certain penchant ou caprice nous entraine. Il faut d'autres marques plus distinctes, pour nous rendre assurés.

5. Meditation

5

*J'ay (dit-il) une IDÉE CLAIRE, lors que j'apperçois distinctement les rapports qu'elle a avec une ou plusieurs autres idées, et j'ay une IDÉE CONFUSE lorsque je ne connois qu'imparfaitement ce rapport.*²

Mais il seroit bon de sçavoir ce que c'est que *rapport*, et ce que c'est que de s'appercevoir de quelque chose *distinctement ou imparfaitement*, il ajoute que *la connoissance de moy même est confuse, parce que je ne l'ay que par un sentiment interieur, et non par une idée claire, puisque je n'ay aucune idée de ma pensée.* 10

Je m'étonne que l'auteur dit, qu'il n'a point d'idée (ny confuse ny claire) de la pensée. C'est prendre le mot d'*idée* autrement que des Cartes. Et je desire d'en apprendre la notion. Cependant il est peut estre vray que nous n'avons pas une idée assés distincte 15 de la pensée.

Tout ce que je conçois clairement et distinctement appartenir à quelque chose luy appartient. Cette regle ne suffit pas que nous n'avons pas une marque distincte de ce que c'est que clair et distinct. Il y en a pourtant.

¹ Le defect de l'experience du contraire est la cause des erreurs. 20

² Quoties rei relationem cogito ad plura natura priora, quibus ea res determinatur, tunc eam distincte considero. Videtur distincta consideratio non esse notionum, nam nunquam permissa est prima resolutio, sed prope notionum ubi possumus pervenire ad primas resolutiones quantum satis ad demonstrandum.

3 certain *erg. L* 4 nous (*I*) assurer (2) rendre *L* 6 (*I*) Il dit qu'il n'entreprend pas de considerer cha (2) *J'ay L* 14 f. Et . . . d'en (*I*) sçavoir la definition. (2) apprendre la notion. *erg. L* 18 distincte *erg. L*

6. Meditation

Je ne conçois point que l'étendue puisse avoir en soy la force de se rendre intelligible. Il faut donc necessairement que Dieu, c'est à dire un estre intelligent et une puissance infinie soit la source de toutes mes idées et que nous appercevons les choses
 5 dans la substance de Dieu même. Je tiens la conclusion tres veritable et tres excellente, mais pour la preuve j'y trouvé de la difficulté. Car quoyque l'étendue ne se puisse faire sentir, elle peut estre accompagnée de quelque autre chose qui le pourra peut estre.

Les raisonnemens qui suivent pour faire voir que nous ne pouvons pas prouver aisément qu'il y a de l'étendue hors de nous sont tres bonnes.³

10 J'approuve fort ce que l'auteur dit de la simplicité des decrets de Dieu qui sont cause de quelques maux particuliers, par exemple qui excitent la soif en moy lors qu'il m'est nuisible de boire. On pourroit pourtant objecter, si Dieu ne pouvoit pas inventer des decrets universels assés simples mais en même temps capables d'exclure tous les maux particuliers. Car si Dieu ne le peut pas, il s'en suivra, ou que Dieu n'est pas parfait
 15 autant qu'il le peut estre; ou que la nature des choses en elle même (ce qui revient à Dieu en effect) est imparfaite, puisqu'elle ne le peut fournir à Dieu. Comme si l'on disoit que la nature des nombres est imparfaite parce qu'il luy est impossible de fournir un nombre qui exprime la diagonale du quarré: Mais on peut repondre, qu'elle seroit bien moins parfaite, si elle pouvoit fournir ce nombre.

20 Je suis obligé de dire ingenuement que la preuve qu'il y a dans cette meditation de la distinction entre mon esprit et mon corps ne me satisfait pas. Car puisque l'auteur avoue

³ Omnis substantia libera. Nisi liberi essemus, nec Deus liber esset. Quicquid agit quatenus agit liberum est.

4 f. et . . . même. *erg. L* 8 pour (1) prouver (2) faire voir *L* 9 f. bonnes. (1) Il y a pourtant des raisons superieures à tout cela qui prouvent qu'il y a de l'étendue hors de nous effectivement. (2) J'approuve *L* 13 universels *erg.* assés simples, (1) et (2) mais . . . temps *L* 15 le (1) peut estre (2) doit (3) peut *L* 20 f. dans . . . distinction *erg. L* 21 pas. (1) Je (2) Quoyque je puisse (3) Si je concevois (4) Car puisque l'auteur (a) con (b) avoue (aa) qu'il ne conçoit pas distinctement (aaa) la pensée (bbb) comment (bb) qu'il ne (aaa) peut pas (bbb) prouve (cc) si nous concevions distinctement la pensée, et n'appercevions point (aaa) d'étendue, cela nous assurerait que rien d'étendu, (bbb) de cela nous serions assurés que (aaaa) la pensée (bbbb) ce qui pense (5) Car comme l'auteur dit (6) Car . . . avoue *L*

que nous ne concevons pas distinctement la pensée, il ne suffit pas qu'il peut douter de l'étendue (c'est à dire de celle qu'il conçoit distinctement) sans pouvoir douter de la pensée pour connoître jusqu'à où va la distinction de ce qui est étendu et de ce qui pense. S'il pouvoit pouvoir qu'il n'y a point d'étendue, ou s'il concevoit distinctement ce que c'est que la pensée, l'argument seroit convainquant.⁴

5

340. AD BROECKHUYSSEN. DE ORIGINE IDEARUM

[Sommer 1678 bis Ende 1682 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH IV 7B, 4 Bl. 24. 1 Zettel (13 × 8 cm). 1 S.

Warum und wann die Descartes-Kritik eines Cartesianers Leibniz' Aufmerksamkeit fand konnte nicht ermittelt werden. Die neue Ausgabe der *Oeconomia* (1683) lag offenbar noch nicht vor.

10

Ad Broeckhuysen

In *Oeconomia animali* in 4^o, p. 360, irridet Cartesium docentem ideas nostras produci ab objectis. *Oppido* inquit *se nobis ridiculum praebet, qui res objectas et cogitatas introducit quasi causam exemplarem idearum, quoad ipsarum esse vicarium* seu

15

⁴ Videtur demonstrari posse nullam esse substantiam quam vacuum, materiam aut spatium. Quia nihil distinctum apparet sive ponamus ea esse sive non esse. Omnia redibunt eodem.

1 distinctement (*I*) l'étendu (2) la pensée, *L*

12–S. 1784.5 B. VAN BROECKHUIZEN, *Oeconomia corporis animalis sive cogitationes succinctae, de mente, corpore, et utriusque conjunctione, juxta methodum philosophiae Cartesianae deductae*, Nijmegen 1672; neue Ausg. Amsterdam 1683, art. XXIII: . . . Denique, inquit, esse objectivum ideae, non a solo esse potentiali, quod proprie loquendo nihil est, sed tantummodo ab actuali sive formali produci . . . oppido . . . tot spasmata . . . Valde mystica . . . Rectius Seneca . . ., turbam videlicet causarum . . . aut multa nimium aut nimium pauca comprehendere.

repraesentativum. In quo quot verba tot sphalmata committit, et cordationibus se ludibrio sistit. Hoccine est docere quod promiserat clare distincteque percipere, vane mystica si non fanatica sunt ad hoc negotium acutissimi alioqui philosophi verba.

Haec autor in libro edito 1673 qui tamen se secundum Methodum Cartesii
 5 philosophari profitetur.

341.AUS UND ZU DESCARTES

[Sommer 1678 bis Winter 1680/81 (?)]

Überlieferung: L Auszug mit Bemerkungen: LH IV 1, 4b Bl. 16–17. 1 Bog. 2°. 2 S.

Die Datierung folgt dem häufig belegten Wasserzeichen.

10 Dotes quibus ingenium praestantius redditur, non alias novi, quam cogitandi
 celeritatem, distincte imaginandi facilitatem, memoriae capacitatem atque usum. Cartes.
method. artic. 1.

Nihil expetimus nisi ut possibile. Cartes. *method.* artic. 3.

Si ea quae non evenere impossibilia fuisse cogitemus non dolebimus.

15 Quia nulla dubitandi causa fingi potest, judicavi certum habendum esse hoc: Cogito
 ergo sum. Cartes. artic. 4 *methodi.*

Regula generalis certitudinis: quod valde dilucide et distincte concipitur verum esse.

Causa erroris ex nihilo, id est ex defectu naturae meae.

20 Non magis potest perfectius a minus perfecto procedere, quam ex nihilo aliquid
 fieri.

Si independens fuisset, et perfectiones quas habeo mihi dedissem, etiam reliqua
 quae mihi deesse sentiebam per me acquirere potuissem.

3 f. *verba.* | *Rectius Seneca ep. 65. gestr.* | Haec L 14 f. dolebimus. (1) Certum esse jubi (2) Quia L
 15 potest, (1) Cartes (2) judicavi L 19 Non (1) po (2) magis L

10–12 Vgl. R. DESCARTES, *Specimina philosophiae*, Amsterdam 1644 (lat. Übers. von: *Discours de la Méthode*, Leiden 1637). A.T. VI, S. 540 (2). 13 f. Vgl. a.a.O., S. 554 (25 f.). 15 f. Vgl. a.a.O., S. 558 (32). 17 Vgl. a.a.O., S. 559 (33). 18–S. 1785.2 Vgl. a.a.O., S. 559 f. (34 f.).

Deus est Ens quod omnes continet perfectiones.

In omni compositione totum pendet a partibus.

Corpus continuum seu spatium, indefinite longum latum et profundum divisibile in partes tum magnitudine tum figura omnimode diversas, et quae moveri seu transponi possunt omnibus modis.

5

Nec imaginatio nec sensus ullius rei nos certos reddere possunt.

Ex eo quod Deus est sequitur quod clare et distincte percipimus esse verum, nam quicquid entis in nobis est procedit a Deo. Jam ideae nostrae in quantum clarae et distinctae sunt entia sunt, ergo quatenus clarae et distinctae sunt procedunt a Deo. Falsitas autem defectus seu imperfectio est, ergo non procedit a Deo. Ergo quae clare et distincte percipimus non sunt falsa.

Hactenus ex *Methodo*:

Sequentia ex *Meditationibus*.

Cogito¹ ergo sum, et quidem res cogitans.

Quia dubitare possum an sint corpora quae sentio, non vero dubitare possum an ego sim, utique non sum ulla ex illis corporibus.

15

Res cogitans, id est dubitans, intelligens, affirmans, negans, volens, nolens, sentiens, imaginans.

Scio me esse eundem qui dubitat, intelligit, etc.

Haec omnia vera sunt sive dormiam sive vigilem.

20

Cum ceram video et tango primum duram, deinde igne liquentem, video ad ejus naturam nihil pertinere ex illis quae mutata sunt, sed aliquid quod permanet, hoc unum autem animadverto remanere, quod sit corpus, flexile seu mutabile. Flexile autem intelligo quod est innumerabilium figurarum capax, non possum tamen innumerabiles figuras percurrere imaginando, non ergo comprehensio haec ab imaginandi facultate

25

¹ *Med.* 2.

9 ergo (1) procedunt (2) quatenus L 11 f. falsa. (1) Haec o (2) Hactenus L 16 sum (1) res corpo (2) ulla L 20 f. vigilem. (1) *med.* 3. Si verum est me nunc esse (a) aliqua (b) non potest aliquando esse verum me nunquam fuisse (2) Cum L 24 innumerabilium (1) mutationum (2) figurarum L 25 figuras (1) mente percurrere, (2) percurrere imaginando L

3–5 Vgl. a.a.O., S. 560 (36). 6 Vgl. a.a.O., S. 561 (37). 7–11 Vgl. a.a.O., S. 562 (38 f.). 14–16 Vgl. R. DESCARTES, *Meditationes* (A.T. VII, S. 25–27). 17 f. Vgl. a.a.O., S. 28. 19 f. Vgl. a.a.O., S. 28 f. 21–S. 1786.3 Vgl. a.a.O., S. 30 f.

proficiscitur. Video etiam quoad extensionem posse ceram plures admittere varietates quam unquam imaginando fui complexus. Dico igitur me non imaginari, sed sola mente percipere quid sit haec cera.

(+ Addendum hoc: ut argumentatio fiat accurata: Etsi cogitatione etiam percurrere
5 non possim omnes varietates posibles, tamen cogitatione possum consequi plures
ceram capere figuras quam ego possum cogitando percurrere. Quod sola imaginatione
judicare non possum. +)

Si² verum est me nunc esse, non poterit aliquando esse verum me nunquam fuisse.

Cogitationes sunt vel *ideae*, seu imagines, ut solis, chimaerae, mentis, Dei, vel
10 alias formas habent, quae judicia appellantur, ut cum volo, timeo, affirmo, nego.

Imagines non esse necessario similes rebus vel inde judicari potest, quod
Scenographia Circulos melius exhibet Ellipsisibus quam Circulis.³

Solis idea duplex est in nobis, una sensibus hausta, altera ratione collecta, quae
valde inter se sunt dissimiles, ideo alterutra non est similis Soli; et illa maxime dissimilis
15 est, quae quam proxime ab eo emanavit.

Plus est realitatis objectivae in idea substantiae quam in idea accidentis seu modi.

Tantundem ad minimum realitatis est in causa totali, quantum in effectu.

Nihil potest incipere esse, nisi producat ab alio in quo sit formaliter vel eminenter.

(+ Addo vel aequipollenter, ut motus sequens productus a praecedente. +)

20 Si tantae perfectionis ideam habeo, ut pateat eam nec formaliter nec eminenter in
me esse, sequitur non me solum esse in mundo, sed quid aliud cui formaliter insit
perfectio quae in me sit objective.

² *Med.* 3.

³ Dicit in *Epistolis* Tomo 2 illas ideas esse innatas quae nullum includunt iudicium.

9 *ideae*, (1) ut (2) seu *L* 9 ut (1) hominis | (2) coeli (3) solis *erg.* | *L* 11 necessario *erg.* *L*
12 f. Circulis. (1) Imago (2) Soli (3) Solis *L* 16 in (1) substantiis quam accidentibus (2) idea *L*
17 Tantundem (1) realita (2) ad *L* 20 ut | inde *gestr.* | pateat eam (1) non a me potuisse in ideam (2) nec *L*

8 Vgl. a.a.O., S. 36. 9 f. Vgl. a.a.O., S. 37. 11 f. Vgl. a.a.O., S. 37 f. 13–15 Vgl. a.a.O., S.
39. 16 Vgl. a.a.O., S. 40. 17 f. Vgl. a.a.O., S. 40 f. 20 Vgl. a.a.O., S. 42. 24 Vgl. R.
DESCARTES, *Lettres*, Bd 2, LV (A.T. III, S. 418).

Nam realitas quae in meis ideis est objective, debet in alio esse formaliter; non autem est in me. Ergo datur aliud extra me.

(+ Probandum est quod in ideis est objective, id oriri debere a causa in qua sit non objective sed formaliter. Nam etsi fingas oriri hanc ideam ab alia in qua etiam sit objective, tamen non datur hic progressus in infinitum. Ita ille, sed mihi
5 videtur; hoc fuisse probandum. An dicemus omne quod est imperfectum oriri a causa, in qua est eminenter seu perfecte. Ideoque esse objectivum quod est imperfectum, oriri a formali, quod est perfectum. Sed hoc ipsum principium, quod ne allegat quidem, probandum erat. +)

Quae clare et distincte in aliquo corpore percipio haec sunt tantum: magnitudo sive
10 extensio in longum latum et profundum, figuram quae ex terminatione istius extensionis exurgit, situm quem diversa figurata inter se obtinent, et mutationem istius situs. Quibus addi possunt substantia, duratio, numerus.

De lumine et aliis qualitatibus sensibilibus quas habeo ideas nescio an sint verae vel falsae, id est an sint rerum quarundam ideae. Est enim falsitas quidem formalis
15 tantum in iudiciis, materialis vero et in ideis.

Substantia est res quae per se apta est existere.

Cum percipio me nunc esse, et prius etiam fuisse recordor; cumque varias habeo cogitationes, quarum numerum intelligo: acquirō ideas durationis et numeri. Cartesius in
20 *medit.* 3. pag. 21 dubitat an non idea corporis in idea [sui] seu rei cogitantis contineri possit eminenter. Unde sequitur de distinctione mentis et corporis eum non satis esse certum.

Prior est in me idea perfecti et infiniti, quam imperfecti et finiti, quomodo enim intelligerem mihi aliquid deesse, seu me non esse perfectum, nisi esset in me idea
25 perfectionis.

Non potest fingi ideam entis summe perfecti esse falsam materialiter seu nihil reale mihi exhibere, ut idea frigoris: maxime clara et distincta est, et plus realitatis objectivae quam ulla alia continet.

1 debet in (I) aliis (2) alio L 5 infinitum. (I) Sed hoc (2) Ita L 6 quod est (I) imperfecte, (2) imperfectum L 7 Ideoque | omne *gestr.* | esse L 14 lumine | odoribus *gestr.* | et L 15 enim (I) quae (2) falsitas L 16 vero (I) tantum (2) | et *erg.* | L 19 acquirō (I) ideam (2) ideas L 20 in (I) su (2) idea L 20 sua L *ändert Hrsg.* L 20 cogitantis (I) perci (2) contineri L 21 eminenter. (I) (+ (2) Unde L

5 Vgl. a.a.O., S. 42. 10–16 Vgl. a.a.O., S. 43. 17–22 Vgl. a.a.O., S. 44 f. Leibniz' Seitenangabe trifft zu für die *Editio ultima*, Amsterdam 1663, und die seitengleiche Ausgabe Amsterdam 1685.
23–25 Vgl. a.a.O., S. 45 f. 26–28 Vgl. a.a.O., S. 46.

Indifferens⁴ est qui deliberat.

Erroris causa tum quod voluntas latius patet intellectu, tum quod non semper memini me non debere judicare nisi de clare distincteque perceptis.

(+ Posterior solum causa mihi probatur. +)

5 (+ Substantia videtur cujus aliquod datur attributum quod non est alterius attributi modus. +)

(+ Deus causa sui positiva est, dum se conservat. +)

342.ALIQUORUM DE BRUTIS AC DE SUBSTANTIA SENTENTIAE [1679 bis 1687 (?)]

10 **Überlieferung:** L Konzept: LH IV 7B, 4 Bl. 27. 1 Bl. 8°. ²/₅ S. Auf der Rückseite Mitteilung.

Diese Aufzeichnung ist nach dem Erscheinen von Strimesius' *Somatologia* und wohl vor der Reise nach Süddeutschland und Italien geschrieben worden.

Gometium Pereiram brutis sensum adimentem delirii accusat Franc. Vallesius in *Physica sacra* c. 55. Bruta ab universalibus ad particularia non ratiocinari Joh. Frid.

15 Hornius *de subjecto juris nat.* c. 6. n. 5. Confer et Comenii *Synopsin physicam*, ubi quid sit ratiocinari non inconcinne exponit.

⁴ *Med.* 4.

2 quod (I) intellectus (2) voluntas L

1–3 Vgl. a.a.O., S. 58. 13 f. Vgl. G. PEREIRA, *Antoniana Margarita de immortalitate animae, opus nempe physicis, medicis, ac theologis non minus utile, quam necessarium*, Medina del Campo 1554; Venedig 1556. – Vgl. F. VALLESIUS, *De iis, quae scripta sunt physice in libris sacris, sive de sacra philosophia liber singularis*, Turin 1587; 7. Aufl. Frankfurt 1667, S. 345 f. 14 f. J. F. HORN, *De subjecto juris naturae*; Utrecht 1663; hrsg. v. A. Epstein, 1672. 15 f. J. A. COMENIUS, *Physicae ad lumen divinum reformatae synopsis, philodidacticorum et theodidacticorum censurae exposita*, Leipzig 1633, cap. XI, n. XIV, S. 203 f.; Amsterdam 1663, S. 181.

Cartesius *Princip.* part. 1. art. 51 in creaturis faciens impropriam substantiae acceptionem vereor ne ansam Spinosae dederit unam totius universi substantiam comminiscendi, ait Strimesius in *Somatologia* cap. de Animalis sensitivo § 19.

343.AUS UND ZU LUDOVICUS A DOLA, DE MODO CONJUNCTIONIS
CONCURSUUM DEI ET CREATURARUM
[1683 bis 1685 (?)]

5

Überlieferung: L Auszug mit Bemerkungen: LH I 9 Bl. 387. 1 Bl. 2°. ausgeschnitten. 1 S.

Die Datierung stützt sich auf das häufig belegte Wasserzeichen.

Tria sunt genera propositionum conditionatarum, vel enim necessaria est connexio vel aliqua, vel omnino nulla. Primarum est, Scientia simplicis intelligentiae; secundarum 10 est Scientia media vulgo dicta; de ultimis verbi gratia *si Berta dormiret in India, Caesar proficisceretur ad bellum*, has vocant temporales, ubi non de connexionem sed simplici coexistentia quaeritur. Sed dicendum est, has propositiones revera non dare, sed semper aliquam esse connexionem rerum, coexistentium imo et diverso tempore in eadem serie universi existentium, aut si illud universum existeret, extitutorum. Dola *de concurso Dei* 15 p. 29.

Deus non posset mere permissive se habere ad peccatum, nisi quia ad illum non determinat voluntatem nostram, sed ab ea determinatur p. 37.

(+ Mea sententia: Scientia Media reducitur ad Scientiam Simplicis intelligentiae, seu ad Scientiam possibilem. Est verbi gratia scientia an Keilitae obsessi sint dedituri 20 urbem Saulo, et scientia non de his Keilitis, quorum notio plena involvit non esse obsessos,¹ sed

¹ imo de his ipsis, quia non necessario sed contingenter tantum eorum notio involvit non-obsessionem

10 nulla. (1) Priorum scientia (2) Primarum L 10 Scientia (1) necessarii (2) necessariorum (3) simplicis intelligentiae L 20 Est (1) enim (2) verbi gratia L

1–3 Vgl. S. STRIMESIIUS, *Somatologia apodictica, seu philosophia naturalis demonstrativa*, Frankfurt a. d. Oder 1679. 15 f. L. A DOLA, *De modo coniunctionis concursuum Dei et creaturarum*, Lyon 1634. 20 Keilitae: vgl. 1. Kön. 23, 7–14.

de aliis Keilitis possibilibus, qui communia habent omnia cum istis praeter ea quae cohaerent cum hypothesei obsessionis. Hic quod sit futurum Deus cognoscit, ea scientia, qua scit quid in nostro Mundo sit futurum antequam eum decernat, totum, ex quibusdam tantum positis accedente scilicet ipsius [Dei] consideratione rationum ejus quod est
 5 melius. Et revera ex scientia contingentium conditionatorum accedente conscientia decreti creandae conditionis resultat per se scientia visionis, licet sine syllogismo. Scientia simplicis intelligentiae est possibile, visionis futurorum, media futurorum sub conditione. +)

Discrimen praesumptionis et praedeterminationis. Haec influit in voluntatem, illa est
 10 decretum Dei quod actus sit futurus, dum scilicet statuit conditionem sub qua scit eum esse futurum p. 41.

Physicae praedeterminationis autores in illa virtute, quam Deus decrevit immittere voluntati fundant certitudinem Divinae praescientiae p. 47.

p. 52. Apud praedeterminatores dicit Deus: *Si Petrus in tali occasione constitutus*
 15 *erit, et habebit praedeterminationem physicam, seu gratiam efficacem ad amandum, amabit.* Apud Molinistas dicit: *Si Petrus tali conditione constitutus erit, et ego decretum habuero concurrendi cum eo, amabit.* Sed haec propositio videtur inepta, imo identica, nam omnino concursus ille Dei est productio ipsius actionis, et major connexio est inter hinc concursum et actionem quam inter praedeterminationem et actionem, posito scilicet
 20 concursu Dei immediato ad actus. Sed sublata necessitate hujus concursus omnino procedet res. Et vero si Molinistae non addant considerationem concursus Dei, impossibilem conditionem ponunt, quasi Creatura possit sine Deo operari. Ponendus talis Dei concursus, quo posito possit adhuc voluntas desistere seu non agere.

p. 53. Assertores scientiae mediae ita corrigunt propositionem Dei: *Si Petrus in tali*
 25 *occasione constituatur, et ego voluero concurrere cum ipso, prout voluntas ejus elegerit, amaturus est.* Huic explicationi nihil apti objicit P. Dola. (+ Est in actibus immediate ante peccatum praedeterminatio physica ad peccandum non a Deo, sed a nostro statu. Ad bene agendum autem semper opus est praedeterminatione physica Divina. +)

4 Deus *L ändert Hrsg.* 5 revera (1) scientia visionis (2) ex *L* 6 conditionis (1) fit (2) resultat *L*
 7 visionis (1) absolutorum media (2) futurorum *L* 16 *Petrus | in gestr. | tali L* 17 inepta (1) . Nam (2) ,
 imo *L* 19 f. scilicet (1) imme (2) concursu *L* 21 Molinistae (1) adda (2) non *L* 22 quasi (1) Deus
 (2) Creatura *L* 26 Dola. (1) (+ Est in ne (2) (+ Est *L* 26 actibus (1) pravis in nobis prae (2)
 immediate *L*

p. 60. Alvarez *lib. 2. de auxil. disp. undecima concl. 1* statuit Deum certo et infallibiliter cognoscere omnia peccata futura in decreto quo statuit praedeterminare voluntatem creatam ad entitatem actus peccati in quantum est actio, et permittere malitiam moralem peccati seu peccatum ipsum ut peccatum est. Et ita sentiunt et alii, exceptis paucis qui non audent praedeterminationem in actibus pravis admittere ne
5 quidem quoad materiale.

p. 64. Assertores scientiae Mediae dicunt decretum divinae voluntatis in quo Deus futura contingentia praevidet esse voluntatem absolutam ponendi hominem in tali ordine rerum ac serie cum talibus circumstantiis occasionibus et motivis cum quibus per scientiam conditionatam praeviderat Deus hoc vel illud hominem concurrente Deo
10 facturum.

p. 74. Actus nostri alii sunt necessarii, qui producuntur a voluntate antecederet ad unum determinata, ut motus primo primi et amor beati videntis Deum in patria. Liberi sunt qui producuntur voluntate indifferente ad utrumlibet qualis est amor viatoris Deum libere et non necessario diligentis. Haec P. de Dola, unde colligo indifferentiam
15 voluntatis etiam illic statui cum major in alterutram partem inclinatio est modo non sit necessitas.

p. 106. Scientiae Mediae assertores ita loquuntur; Raynaudus *Theol. nat. dist. 8. q. 3. art. 4 n. 104*. Deum dare concursum, quando advertit actionem ex voluntate orituram. si (+ per impossibile +) ex ipsa sola oriri posset. Seu si praevidet actionem ex causa
20 secunda manaturam, si ipse ex parte sua exhibeat concursum (+ verum hoc semper verum est +), ut idem Raynaudus ait ead. dist. quaest. 5. art. 5. paulo post num. 349.

p. 107. Supponunt tam Mediae Scientiae assertores quam praedeterminatores alium esse Dei concursum ad actum amoris, alium ad actum odii, quia secundum ipsos plerosque concursus est ipsissima actio creaturae.
25

p. 114. Objectio contra assertores scientiae mediae: quod conditio illa sit impossibilis ut creatura operetur sine concursu Dei.

p. 116. Praeclare advertit Scotus determinationem voluntatis creatae esse ipsum agere ejusdem. Hinc sequitur non posse Deum suspendere concursum suum ex

8 esse (1) decretum (2) voluntatem L 11 f. facturum. (1) Rationem (2) p. 74. (a) Actus voluntatis
(b) Actus L 18 f. Raynaudus . . . 104. erg. L 20 praevidet (1) conditionaliter (2) actionem L
23 tam (1) assertores quam (2) Mediae L 29 non (1) Deum (2) posse L

1 D. ÁLVAREZ, *Operis de auxiliis divinae gratiae, et humani arbitrii viribus, et libertate, ac legitima ejus cum efficacia eorundem auxiliorum concordia summa*, Leiden 1620, Köln 1621. 18–22 TH.
RAYNAUD, *Theologiae naturalis ex lumine naturae investigatio*, dist. 8. qu. 3. art. 4 n. 104; qu. 5. art. 5 nach n. 349, in *Opera omnia*, Bd 5. 28 f. JOHANNES SCOTUS ERIUGENA, *De divina praedestinatione liber*, 2, 6.

determinatione voluntatis quia suspenderet concursum ad actionem ex ipsa actione, quae tamen vel eadem est cum eo concursu, vel saltem sine eo intelligi non potest.

p. 119. Propositio ista Suarezii tom. I. *Metaph. disp. 22. n. 38.* Deus dicit: *Si Petrus in tali rerum ordine ponatur et talem cogitationem habeat, et ego velim concurrere cum eo ad amandum, ipse amabit.* Sed haec propositio omnino est necessaria posito quod concursus ad amandum sit alius a concursu alio, imo cum ipso amore identificatus. Est propositio aeternae veritatis. Sed quod si propositio ita formetur: *Si Petrus in tali rerum ordine ponatur et tales cogitationes habeat, et ego concurrere velim cum illo prout voluntas ejus exigit, amabit.* Eodem modo possent loqui praedeterminatores. Objicies
 10 non possunt, quia ea prior, concursus posterior determinatione. Respondeo imo nec concursus posterior est determinatione.

p. 127. Non potest Deus secundum assertores scientiae mediae se determinare, donec voluntas creata appareat quasi in conspectu Dei postulans et exigens potius concursum unum quam alterum.

15 344.AD NOTIONEM LIBERTATIS GUILLELMI GIBIEUF
 [1685 bis 1716 (?)]

Überlieferung:

- 20 *L* Konzept: LH IV 8 Bl. 89. 1 Zettel (13,5 × 7 cm). 1 S. Auf Bl. 89 v^o Rest einer Anschrift von Schreiberhand: »Monsieur Le Conseiller Leib- à Hannover«. Unregelmäßig ausgeschnittenes und ausgerissenes Blatt.
- E* BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 121.

Leibniz Anmerkung dürfte wegen der These *contingentiae radicem esse infinitum* nicht vor 1685 geschrieben worden sein.

8 *et (1) Deus sit Paulus (2) ego L*

Gibieuf statuit Libertatem consistere in adhaesione ad Deum. Cum a Deo movemur, nos moveri a nobis ipsis, etsi enim Deus non sit pars nostri, esse tamen Esse nostrum laudabile, ut loquantur Platonici; id est nostram perfectionem. Vid. refutationem hujus Notionis libertatis in Tom. XVIII. *operum* P. Raynaudi.

(+ Si libertatem ita accipiamus ut necessitati opponatur, nihil aliud erit, quam 5
contingentia rationalis. Contingentiae radix est infinitum. Veritas contingens est, quae est indemonstrabilis. Sed si libertas sumatur pro perfectione, opponetur coactioni, et consistat in minime impedita agendi ratione, ita alius alio liberior. +)

345.POIRETI COGITATIONUM RATIONALIUM EXCERPTUM

[1685 bis 1687 (?)]

10

Überlieferung:

L Auszug: LH IV 3, 6 Bl. 1. 1 Bl. 2°. 2 S.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 84 (Teildruck).

Leibniz' Lektüre der zweiten Ausgabe von Poirets *Cogitationes* ist vor der Reise nach Süddeutschland und Italien anzunehmen.

15

Petri Poiret *Cogitationes rationales de Deo, anima et malo libb. 4. editio altera ubi Spinosae Atheismus refutatur*. Amst. 1685.

Notas addidit priori editioni, nonnulla ejus et correxit. Prima ei notio Dei quod sit Ens a se seu sibi sufficiens. Tale Ens ab Essentia sua omnes creaturarum rerum ideas respectus veritates excludit, et falsum est rerum naturas vel ideas intuentem intueri 20
substantiam Dei, ut suavissime quidam recentiores somniant (pag. 5). Intelligit credo Malebranchium. Deus se solum cupit et invenit et sibi acquiescit.

descriptio +) Universale INESSENTIALE est septuplex: concretum integrale non necessarium (ut *homo est oculatus*), concretum accidentale (ut *homo est philosophus*), concretum substantiale adhaerens (ut *homo est barbatus*), concretum substantiale adjacens (ut *homo est vestitus*), concretum substantiale inexistens [seu] intus existens (ut *homo est pastus*), concretum substantiale extraneum (ut *homo est pictus*), subjectum respectu [concreti] contingentis generici (ut *aliquod album est homo*). Habemus ergo praedicabilia sedecim.

[n. 26, p. 256] Hinc cum praedicata sint 16, nascuntur subjecta universalialia 28, scil. 14 essentialia, ut Genus, species, differentia, proprium, definitio, concretum materiale, formale, integrale (ut *oculatum est animal*), concretum accidentale (ut *philosophus est homo*), concretum substantiale adhaerens [(*barbatum est animal*), concretum substantiale adjacens] (*vestitum est animal*), concretum substantiale intus existens (ut *pastum est animal*), concretum extraneum ut *pictum est corpus*, subjectum respectu concreti essentialis integri (ut *homo est capitatus*). Reliqua 14 sunt eadem universalialia subjecta accidentalialia, scil. genus (ut *aliquod animal est rationale*), species (ut *aliquis homo est doctus*), differentia (ut *aliquod rationale est album*), proprium (ut *aliquod risibile est nigrum*), definitio (ut *aliquod animal rationale est vestitum*), concretum materiale (ut *aliquod corporeum est rationale*), concretum formale (ut *aliquod animatum est irrationale*), concretum integrale (ut *aliquod oculatum est album*), concretum accidentale (ut *aliquis philosophus est dives*), concretum [substantiale] adhaerens (ut *barbatus est prudens*), concretum substantiale adjacens (ut *vestitus est calidus*), concretum intus existens (ut *pastus est homo*), concretum extraneum (ut *pictus est rex*), subjectum respectu concreti contingentis (ut *homo est dives*).

Haec singula praedicata rursus subdividuntur. [n. 30, p. 259 f.] Sic res quae est genus subdividi potest in 74 universalialia nam tam in ratione praedicati quam in ratione subjecti habet 38 habitudines, nempe ut praedicatum ad speciem (ut *homo est animal*), ad individuum (ut *Petrus est animal*), ad differentiam genericam (ut *sensitivum est animal*), ad specificam (ut *rationale est animal*), ad differentiam individuaalem (*Petreale est animal*). Et ita in caeteris quoque praedicabilibus hae tres variationes generici specifici individualis. (+ Excepto subjecto respectu contingentis generici vel specifici vel individui. +) [n. 31–36, p. 260–265] Genus ratione subjecti habet 36 habitudines. Species dat 76 universalialia, nempe ut praedicatum [37], ut subjectum 39. Differentia generica cum sit

convertibilis cum genere tot dicit habitudines quot ipsum genus v.g. *sensitivum ad animal*. Differentia specifica convertibilis cum specie tot habitudines quot species. Proprium tot quot differentia. Concretum materiale genericum habet 84 habitudines, 41 ut praedicatum, 41 ut subjectum. [n. 37–43, p. 266–272] Et ita in caeteris, initii videtur numerum pro omnibus debuisse esse eundem. 5

Concretum substantiale intus existens est: semineum. Calculus ejus in summa talis.

[n. 44, p. 272–274] Genus dat universalia praedicata 38, subjecta 36. Species praedicata 37, subjecta 39. Differentia generica praedicata 39, subjecta 36. Differentia specifica 37, 39. Proprium genericum 39, 36. Proprium 10
specificum 37, 39. Definitio 37, 38. Concretum materiale genericum 41, 41, specificum 36, 37. Concretum formale genericum 41, 41, specificum 36, 37. Concretum integrale necessarium genericum 41, [41,] specificum 36, 37; non necessarium genericum 39, 40, specificum 39, 38; concretum accidentale genericum 39, 40, specificum 39, 38; concretum substantiale adhaerens genericum 39, 40, specificum 39, 15
38; adjacens genericum 39, 40, specificum 39, 38; inexistens genericum 39, 40, specificum 39, 38; extraneum genericum 39, 40, specificum 39, 38, summa universalium praedicatorum 963, subjectorum 965.

Placet ex autore concretum materiale genericum describere, quia numerosissimum: modorum 84. 20

[n. 35, p. 264 f.] Concretum materiale genericum est praedicatum modis 41, quorum 35 essentiales, reliqui inessentiales. Nempe respectu: 1. ad genus (*vivens est corporeum*), 2. ad speciem (*homo est corporeus*), 3. ad individuum (*Petrus est corporeus*), 4. ad differentiam genericam (*sensitivum est corporeum*), 5. ad differentiam specificam (*rationale est corporeum*), 6. ad differentiam individualement (*ut hoc rationale est corporeum*), 7. ad proprium genericum (*ut visivum est corporeum*), 8. proprium
specificum (*risibile est corporeum*), 9. proprium individuale (*hoc risibile est corporeum*), 10. ad concretum formale genericum (*ut animatum est corporeum*) (+ cur
omittit concretum materiale unum cum alio combinandum, *ut ligneum est corporeum* +), 11. ad concretum formale specificum (*ut animatum humanum est corporeum*), 12. ad 30
concretum formale individuatam (*hoc animatum est corporeum*), 13. ad concretum integrale necessarium genericum (*capitatum est corporeum*), 14. ad concretum integrale necessarium specificum (*ut capitatum humanum est corporeum*), 15. ad concretum integrale necessarium

individuatum (ut *hoc capitatum est corporeum*), 16. ad concretum integrale non
necessarium [genericum (*oculatum est corporeum*), 17. ad concretum integrale non
necessarium] specificum (*oculatum humanum est corporeum*), 18. ad concretum
integrale non necessarium individuatum (*hoc oculatum est corporeum*), 19. ad
5 definitionem genericam (*vivens sensitivum est corporeum*), 20. ad definitionem
specificam (*animal rationale est corporeum*), 21. ad definitionem individuatum (*hoc
animal rationale est corporeum*), 22. concretum accidentale genericum (*ambulans est
corporeum*), 23. concretum accidentale specificum (*philosophus est corporeus*), 24.
concretum accidentale individuatum (*hic philosophus est corporeus*), 25. concretum
10 substantiale adhaerens genericum (*barbatus est corporeus*), 26. specificum (*barbatus
barba humana est corporeus*), 27. individuatum (*hic barbatus est corporeus*), 28. 29. 30.
concretum substantiale adjacens genericum, specificum, individuatum (*vestitus, veste
humana, hic vestitus, est corporeus*), 31. 32. 33. concretum substantiale intus existens
genericum, specificum, individuatum (*semineus, semineus humanus, hic semineus, est
15 corporeus*), 34. 35. concretum substantiale extraneum specificum et individuatum
(*pictum humanum, hoc pictum humanum*), 36. ad genus remotum (*aliqua substantia est
corporea*), 37. differentiam genericam remotam (*aliquod subsistens est corporeum*), 38.
proprium genericum remotum (*aliquod mensurabile est corporeum*), 39. ad concretum
accidentale genericum (*aliquod album est corporeum*), 40. ad concretum substantiale
20 extraneum ut *aliquod pictum est corporeum*, 41. ad concretum substantiale [adjacens] vel
intus existens (ut *aliquod locatum est corporeum*).

[n. 36, p. 265 f.] Concretum materiale genericum ut subjectum habet 41 habitudines
quorum sex priores essentielles, reliqui inessentiales: 1. ad genus (ut *corporeum est
substantia*), 2. ad differentiam genericam (*corporeum est subsistens*), 3. ad proprium
25 genericum (*corporeum est nutritibile*), 4. ad definitionem genericam (*corporeum est
substantia vivens*), 5. ad concretum formale genericum (*corporeum est animatum*), 6. ad
concretum substantiale adjacens vel intus existens (*corporeum est locatum*) (nam locus
est substantia, extraneus adjacens, internus intus existens), 7. ad genus (*aliquod
corporeum est animal*), 8. ad speciem (*aliquod corporeum est homo*), 9. ad individuum
30 (*aliquod corporeum est Petrus*), 10. ad differentiam genericam (ut *aliquod corporeum est
sensitivum*), 11. ad differentiam specificam (ut *aliquod corporeum est rationale*), 12. ad
differentiam individuatum ([*aliquod corporeum est hoc rationale*]), 13. 14. 15. ad
proprium genericum, specificum, individuatum (*aliquod corporeum est visivum, risibile,
hoc*

2 f. genericum . . . necessarium erg. Hrsg. nach Derodon
32 *hoc corporeum est rationale* L ändert Hrsg. nach Derodon

20 accidens L ändert Hrsg. nach Derodon

risibile), 16. 17. 18. ad definitionem genericam, specificam, individuatum (*aliquod corporeum est vivens sensitivum, animal rationale, hoc animal rationale*), 19. 20. ad concretum formale specificum et individuatum (*aliquod corporeum est animatum anima humana, hoc animatum*), 21. 22. 23. ad concretum integrale necessarium, genericum, specificum, individuatum (*aliquod corporeum est capitatum, capitatum humanum, hoc capitatum*), 24. 25. 26. concretum integrale non necessarium genericum, specificum, individuatum (*aliquod corporeum est oculatum, oculatum humanum, hoc oculatum*), 27. 28. 29. ad concretum accidentale genericum, specificum, individuatum (*aliquod corporeum est nigrum, aliquis corporeus est philosophus, hic philosophus*), [30. 31. 32.] ad concretum substantiale adhaerens genericum, specificum, individuatum (*aliquod corporeum est barbatum, barbatum humanum, hoc barbatum*), 33. 34. 35. ad concretum substantiale adjacens genericum, specificum, individuatum ut (*[aliquis] corporeus est vestitus, vestitus humana veste, hic vestitus*), 36. 37. 38. concretum substantiale intus existens genericum, specificum, individuatum (*aliquis corporeus est semineus, semineus semine humano, hic semineus*), 39. 40. 41. ad concretum substantiale extraneum genericum, specificum, individuatum (*aliquod corporeum est pictum, pictum humanum, hoc pictum*). (+ Quid si plura componas? ut *pictum veste humana*. +)

Hactenus specimen ex autore.

351.EXCERPTA EX CUDWORTHII SYSTEMATE INTELLECTUALI

[Frühjahr bis Sommer 1689 (?)]

20

Überlieferung:

L Auszug mit Bemerkungen aus und zu R. CUDWORTH, *The true intellectual system of the universe. The first part*, London 1678: LH IV 3, 3c Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 4 S.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 327 f. (Teildruck).

Das *System* von Cudworth hatte Leibniz zuerst im April oder Mai 1689 in Rom bei Adrien Auzout zur Hand, wie er Anfang 1704 an Cudworths Tochter, Lady Damaris Masham schreibt (GERHARDT, *Philos. Schr.* 3, S. 336 f.). Dort dürfte auch das folgende Exzerpt entstanden sein, das Leibniz auf Papier mit einem für Juli bis August 1689 häufig belegten Wasserzeichen geschrieben hat. Ende 1703 oder Anfang 1704 sendet die Tochter das Werk an Leibniz. Bis 1705 mit ihr korrespondierend geht er mehrfach auf das Buch des Vaters ein. Wohl

9 f. 31. 32. 33. *L* ändert Hrsg. nach Derodon

während dieser zweiten Lektüre hat Leibniz es erneut exzerpiert (LH I 1, 4 Bl. 49–53) und auf S. 63 u. 175 zwei marginale Hinweise auf Hobbes, eine Verweisung von S. 146 auf S. 178, sowie An- und Unterstreichungen eingetragen.

Die Seiten der Ausgabe von 1678 sind den entsprechenden Abschnitten des Auszugs vorangestellt.

5 *The true intellectual systeme of the Universe by R. Cudword.* London 1678 fol. *The first part.* Liber primus continet fol. 898. Sequentes non videntur prodiisse.

[Praefatio] Ait in praefatione se contra triplex fatum scribere intendisse, fatum Atheisticum ex materiali rerum necessitate, fatum theisticum quod Deo essentialem bonitatem adimit, quasi nihil in se bonum esset, et Deus ipse non esset essentialiter
10 bonus, ac fatum denique morale, eorum qui Deum essentialiter bonum concedentes libertatem tamen tollunt. Hoc tamen volumen quo Fatum Atheisticum refutatur per se stat et voluminis mensuram implet.

Animae praeexistentia pythagorica et Atomii veterum eidem principio innituntur, quod scilicet nihil fit ex nihilo.

15 Formae et qualitates sunt sedes Atheismi.

Plato¹ odio Atheismi Atomisticarum ab atomis recessit sed male. Est Hypothesis quaedam Hylozoica, quae et ipsa Atheismi genus habet. Opinio Stratonis Atomistis opposita Atheismus Hylopathicus vel Anaximandrianus, eductio omnium adeoque ipsius animae ex potentia materiae per modum qualitatis. Videturque Anaximander quandam
20 Homoeomeriam qualificatarum Atomorum docuisse, ut postea Anaxagoras, nisi quod iste addidit mentem non factam. Commune Atheistis, quod sensus seu cognitio ex non sentiente nascatur.

Cosmoplastici sunt, qui mundum potius ut plantam vi plastica praeditam, quam animal sentiens considerant; et hi contra ex non sentiente fabricant sentiens. (+ Ubique
25 sensus, sed ubi aequilibratius non distinguitur, nec est notabilis, ita sensus distinctus ex confuso. +)

¹ *Am Rande:* Citat passim verba autorum, non loca. Male.

Si systema corporalis universi Mechanismo oriri potest, subruitur Deus.

Duplex platonica Trinitas, una adulterata platoniorum, altera genuina ipsius Platonis, Parmenidis et antiquorum, quae non eadem nostrae, multum tamen et mere respondet.

Trinitas velut per occultam Cabbalam apud Paganos. Memorabilis relatio in 5
Plutarcho de Thespesio Solensi, qui per triduum pro mortuo habitus inter alia quae in
ecstasi didicisse dicebat, tres deos retulit in Trianguli forma in se invicem flumina
effundentes. Trinitas eadem pars orphicae Cabbalae.

Non omnino asserimus substantias incorporeas non esse inextensas, sed hoc saltem²
non habere partes separabiles, et vim agendi habere a seipsis, atque energiam internam. 10

[p. 7] Corpus διαστατὸν ἀντίτυπον.

[p. 10] Plato in *Theaeteto* Protagorae attribuit album nigrumque non esse aliquid
aliud quam diversas motiones objecti in oculo. Et Aristoteles fatetur anteriores negasse
album aut nigrum esse sine visu. Excellens locus est Platonis circa Protagorae
sententiam. 15

[p. 11 sq.] Protagoras iste Laertio auditor Democriti. Plato Democriti et Leucippi
nomen evitat.

[p. 12] Empiricus et Strabo narrant Posidonium Stoicum derivasse Atomos a
Moscho phoenice, qui vixit ante bellum Trojanum.

[p. 12 sq.] At forte is Moschus idem cum Mocho Phoenice apud Iamblichum in *vita* 20
Pythagorica, cum cujus successoribus conversatus Pythagoras. Mochus Phoenix scriptor
in Athenaeo. Seldenus conjecturam Arcerii probat, qui Mosem putet esse. Democritus
pythagoreos secutus.

[p. 13] Opinio Democriti φέρεσθαι ἀτόμους ἐν τῷ ὅλῳ δινουμένῳ in vorticis
morem imo et cum Leucippo τὴν γῆν ὀχεῖσθαι περὶ τὸ μέσον δινουμένην, sed ita jam 25

² *Darüber*: sufficit nobis

20 Moschus *erg. L*

20 Phoenice *erg. L*

6–8 Vgl. PLUTARCH, *De sera numinis vindicta*, 563–564. 12 f. Vgl. PLATON, *Theaetetus*, 153e–154a.
13 f. ARISTOTELES, *De anima*, III, 2, 426 a 20–23. 14 f. Excellens locus: vgl. PLATON, *Theaetetus*, 156a–b.
16 Vgl. DIOGENES LAËRTIUS, *De vitis clarorum philosophorum*, IX, 575 f. 18 f. Vgl. SEXTUS EMPIRICUS,
Adversus mathematicos, IX, 363; STRABO, *Rerum geographicarum libri XVII*, lib. XVI, 2, 24. 20 f. Vgl.
IAMBlich, *De vita Pythagorica*, cap. 3, 14. 21 f. Vgl. ATHENAEUS, *Deipnosophistarum libri XV*, III, 100,
126 a. 22 Vgl. J. SELDEN, *De jure naturali et gentium juxta disciplinam Ebraeorum libri VII*, London 1640,
lib. I, cap. 2. 24 f. Vgl. DIOGENES LAËRTIUS, a.a.O., IX, 573; IX, 567.

opinionem pythagoricam expressit Aristoteles τὴν γῆν ἐν τῶν ἄστρον οὐσαν κύκλῳ φερομένην περὶ τὸ μέσον.³

[p. 13] Ex autoritate Ecphanti Pythagorei Monades Pythagorae nil aliud quam Atomī, nam ita Stobaeus de ipso: τὰς πυθαγορικὰς μονάδας οὗτος πρῶτος ἀπεφῆνατο σωματικὰς. Et Aristoteles de ipsis: τὰς μονάδας ὑπολαμβάνουσιν ἔχειν μέγεθος. Et Gassendus notavit ex Graeco epigrammatista et Atomos Epicuri dictas Monades.

[p. 14] Empedoclis locus naturam nihil aliud esse quam mixturam et separationem φύσις οὐδενός ἐστιν ἐκάστου, ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξις τε μινόντων.

10 Empedocles habuit 4 Elementa inter se intransmutabilia, sed forte non ut primitiva, sed ut primas concreciones magnas. Utī Democritus apud Laertium ex Atomicis in vorticem motis esse ignem aquam aërem terram. Et Plutarchus ac Stobaeus diserte componere 4 Elementa ex Empedocle ex atomis seu minimis et male Aristoteles negari transmutationem ab Empedocle vult.

15 [p. 15] Et apud Platonem Empedocli attribuuntur effluvia, aliquibus poris congruentia dum aliis excluduntur. Et Plutarchi *De placitis philosophorum* vel quisquis est autor Empedoclem et Epicurum componere mundum τῶν λεπτομερῶν σωματῶν.

[p. 16 sq.] Ecphantus Syracusanus Stobaeo teste ex indivisibilibus corporibus et vacuis tanquam principiis res ducebat. Ex Atomis, teste Theodoreto. Heraclides 20 resolvebat res in ψήγματα καὶ θραύσματά τινα ἐλάχιστα. Minima corporum fragmenta. Asclepiades ἐξ ὁμοίων καὶ ἀνάρμων ὄγκων. Et Diodorus salvabat phaenomena per

³ Apud etiam Plotinum refertur terra ἐν τῶν ἄστρον.

12 esse (1) Elementa (2) ignem L

1 f. ARISTOTELES, *De coelo*, II, 13, 293 a 21–22. 4 f. STOBAEUS, *Eclogae physicae et ethicae*, Antwerpen 1575, lib. I, cap. 13, S. 27. 5 f. ARISTOTELES, *Metaphysica* XII, 6, 1080 b 16–23. 6 P. GASSENDI, *Physica*, sect. I, lib. III, cap. 4, in *Opera omnia*, 6 Bde, Lyon 1658, Bd 1, S. 256. 6 Graeco epigrammatista: s. *Epigrammatum Graecorum annotationibus J. Brodaeī . . . lib. VIII. Accesserunt H. Stephani in quosdam Anthologiae Epigrammatum locos annotationes*, Frankfurt 1600, lib. I, cap. 15, S. 32. 8 f. PLUTARCH, *Adversus Colotem*, 1111f; vgl. PSEUDO-PLUTARCH, *De placitis philosophorum*, 885d. 11 f. DIOGENES LAËRTIUS, *De vitis clarorum philosophorum*, IX, 44. 12 Vgl. PSEUDO-PLUTARCH, *De placitis philosophorum*, 883. 12 f. STOBAEUS, a.a.O., S. 33. 13 f. ARISTOTELES, *De generatione et corruptione*, II, 6, 333 a 30 – b 1. 15 f. PLATON, *Menon* 76c-d. 16 f. PSEUDO-PLUTARCH, *De placitis philosophorum*, 884d. 18 f. STOBAEUS, a.a.O., S. 27. 19 Vgl. THEODORETUS, *De curandis Graecorum affectionibus*, IV, 11 (PG 83, Sp. 901b). 19 f. Heraclides: PSEUDO-PLUTARCH, *De placitis philosophorum*, 883b. 21 Asclepiades: SEXTUS EMPIRICUS, *Pyrrhoniae hypotyposes*, III, 32. 21–S. 1947.1 Diodorus: SEXTUS EMPIRICUS, *Adversus Mathematicos*, X, 318. 23 PLOTIN, *Enneades*, II, 1, 7.

ἀμερῇ καὶ ἐλάχιστα. Et Metrodorus (non Lamsacenus, Epicureus sed) Chius refertur Atomos docuisse quia fatetur Aristoteles, Democritus καὶ οἱ πλείστοι τῶν φυσιολόγων resolvant omnes sensationes in tactus, et qualitates in figuras. Et mox οἱ πρότερον φυσιόλογοι.

[p. 18] Eleganter Plato quosdam, si nomines casu substantiam incorporealem, statim 5 contemnere vix amplius verbum audire velle. Idem semper bellum inter eos qui substantias incorporeas admittunt et reliquos fuisse.

[p. 21] Cicero: *Pherecydes Syrus primus dixit animos hominum esse sempiternos* (fuit ex insula Syro non Syria). Et Thales in Epistola ad ipsum ei congratulatur quod primus de divinis apud Graecos habere aggrediatur. 10

[p. 22] Trinitas Plotino teste παλαιὰ δόξα scil. quorundam Pythagoristarum. Et Xenophon lecte Platonem sugillet, quasi Socraticis Pythagoricas monstrositates miscerem.

[p. 22 sq.] Plotinus incorporalista, Dei a mundo distincti assertor. Imo Plotinus ei tribuit trinitatem. Parmenides Οὐδὲν οὔτε γίνεσθαι οὔτε φθείρασθαι τῶν ὄντων. 15 <Impune> Aristoteles Platoni tribuit Animam componere ex Elementis ut simile simili noscatur. Plutarcho Empedocles vult aequae existere et mortuos et nondum natos, et animas quasi peregrinas et a Deo fugitivas. Et Plotino teste idem quasi divinam legem posuit ut animae quae peccarant in corporibus peregrinarentur.

[p. 24] Idem Empedocles sancte viventes (apud Clem[entem] Alex[andrinum]) 20 felices postea fore. Et Plutarchus Empedocleos daemones nominat.

[p. 25] Apud scriptorem *De placitis* duplex sol Empedocli Archetypon seu intelligibilis et apparens.

[p. 26] Etiam Ecphantus Pythagoraeus apud Stobaeum mundum componebat ex Atomis sed volebat regi providentia. Idem Arcesilaus forte Archelaus apud Sidon[ium] 25 Apoll[inarem] his verbis: *Post hos Arcesilaus divina mente paratam conjicit hanc molem, confectam partibus illis quas Atomos vocat ipse leves.*

23 et (1) corporalis | et str. Hrsg. | (2) apparens. L

1 f. Vgl. STOBÆUS, a.a.O., S. 27. 2 f. ARISTOTELES, *Liber de sensu et sensibili*, cap. 4, 442 a 29 – b 1. 3 f. ARISTOTELES, *De anima*, III, 2, 426 a 20–27. 5–7 Vgl. PLATON, *Sophista*, 245e–247d. 8 f. CICERO, *Tusculanae disputationes*, I, 16, 38. 9 f. DIOGENES LAËRTIUS, *De vitis clarorum philosophorum*, I, 43. 11 PLOTIN, *Enneades*, V, 1, 8. 12 Vgl. XENOPHON, *Epistolae*, I, 7 (ad Aeschinem). 14 f. Vgl. PLOTIN, *Enneades*, V, 1. 15 ARISTOTELES, *De coelo*, III, 1, 298 b 14–18. 16 f. ARISTOTELES, *De anima*, I, 2, 404 b 16–18. 17 f. PLUTARCH, *Adversus Colotem*, 1113d. 18 f. Vgl. PLOTIN, *Enneades*, IV, 1. 20 f. CLEMENS ALEXANDRINUS, *Stromateis*, V, cap. 14, § 123. 21 PLUTARCH, *De vitando aëre alieno*, 830e–f. 22 f. PSEUDO-PLUTARCH, *De placitis philosophorum*, 890b. 24 f. STOBÆUS, a.a.O., lib. I, cap. 25, S. 48. 26 f. *Post . . . leves.*: SIDONIUS APOLLINARIS, *Carmina*, XV, 94–96 (Epithalamium Polemio et Araneolae dicti).

[p. 34 sq.] Anaxagoras non satis capiens quomodo orirentur qualitates ex Atomis homogeneis in eis heterogeneitatem finxit, quasi tot essent atomorum genera quot corporum similarium, <quae> deinde colligerentur, sed alii omnia in mechanismum et imaginationem resolvebant.

5 [p. 37] Universum ipsis velut Anagramma qui aeternitatem asserebant Mundi.

[p. 39] Illi teste Cicerone etiam aeternitatem animorum.

[p. 42] Platoni παλαιὸς λόγος viventia ex mortuis esse, ut mortua ex viventibus.

[p. 48] Timaeus Locrus corporea non a nobis percipi tantum αἰσθήσει καὶ νόθῳ λογισμῷ, spurco quodam genere rationis.

10 [p. 105 sq.] Hylozoica Hypothesis essentialem corporibus vitam quandam statuit. Opposita Atomistis Hylozoici dant corpori vitam vim percipiendi autokinesin, qua format se ipsum quam optime in quo vis plastica; unde facilius creditu eam deinde in sensitivam exaltari (+ hoc fit per aequilibrium sentiendi ademtum +).

[p. 107] Primus Autor Hylozoici dogmatis Strato Lampsacenus vulgo physicus, de
15 eo Vellejus Epic[uraeus] apud Ciceronem *De natura deorum* lib. 1. *Vim divinam in natura esse quae causas gignendi augendi minuendique habeat, sed careat omni sensu.*

[p. 108] De eo Cicero *Academicae quaestiones* lib. 4 Strato Lamps[acenus] *negat se opera deorum uti ad fabricandum mundum, quaecunque sint docet omnia esse effecta natura nec ut ille qui asperis et laevibus et hamatis uncinatisque corporibus concreta*
20 *haec esse dicat interjecto Inani, somnia censet haec esse Democriti non docentis, sed optantis.*

[p. 109] Hippocrates similiter in *VI. Epidemiarum* sect. 5 naturam in se ipsa discere quid facto opus, et mox: vias per se invenire sine ratiocinatione. Recte haec modo ab intelligente principio altiore pendere intelliguntur.

25 [p. 110] Plato in *Sophista* dicit esse quorundam opinionem omnia spontaneis principiis sine intellectu generari. Plato agnoscit vim plasticam et methodicam in universo sed Deo subordinatam.

[p. 113] Arist. *De anima* lib. 1. c. 2. Anaxagoras ait mentem esse causam boni et recti.

1–4 ARISTOTELES, *Physica*, I, 4, 187 a 26 – b4. 6 CICERO, *Tusculanae Disputationes*, I, 21, 50.

7 PLATON, *Phaedo*, 70c. 8 f. TIMAEUS LOCUS, *De natura mundi et animae*, 94 b. 15 f. *Vim . . . sensu*: CICERO, *De natura deorum*, I, 13, 35. 17–21 *negat . . . optantis*: CICERO, *Academicae quaestiones*, II, 38, 121. 22 f. HIPPOCRATES, *Epidemiarum libri VII*, lib. VI, sect. 5. 25–27 PLATON, *Sophista* 265c–d. 28 f. ARISTOTELES, *De anima*, I, 2, 404 b 1–3.

[p. 131] Seneca *naturales quaestiones* lib. 3. sect. 29. *sive animal est mundus, sive corpus natura gubernante ut arbores ut sata.*

[p. 132] Idem ibid. *ab initio ejus usque ad exitum quicquid facere quicquid pati debeat inclusum est.*⁴ *Ut in semine omnis futuri ratio hominis inclusa est. Et legem barbae et canorum nondum natus infans habet. Totius enim corporis et sequentis aetatis in parvo occultoque lineamenta sunt. Sic origo mundi non magis solem et lunam et vices siderum et animalium ortus quam quibus mutarentur terrena continuit. In his fuit inundatio quae non secus quam hyems quam aestas lege mundi venit.*

[p. 134] Aristoteles de inspiratione quadam divina, esse λόγου τι κρείττον, quadam ratione praestantius, de eo locus meus apud Seckendorffium, apud Plotinum ῥίζα 10 λόγου .

[p. 135] Nemo unquam qui substantias incorporeas admisit, deitatem negavit.

[p. 139] Balbus Stoicus apud Ciceronem *De natura deorum* lib. 2. *sed nos cum dicimus natura constare administrarique mundum non ita dicimus ut glebam et fragmentum lapidis aut aliquid ejusmodi nulla cohaerendi natura, sed ut arborem, ut animalia, in quibus nulla temeritas sed ordo apparet et artis quaedam similitudo.* 15

[p. 107] Τῶν παίδων Αἴνιγμα (apud Platonem) περὶ τοῦ εὐνούχου βολῆς τῆς νυκτερίδος, vir non vir, videns non videns, fecit non fecit, lapide non lapide, avem non avem.

[p. 148 sq.] Judiciosa Aristotelis censura de Democriticis. Substituere χεῖρα 20 ξυλίνην τέκτονος, fabri ligneam manum funibus et chordis motam vivae substituere. Et modum quo rationes reddunt perinde esse, ac si lignarius faber de causa fabricae interrogatus, non aliam diceret, quam quod instrumenta et secures, et dolabrae ita accidissent, hinc tales figuras et talia foramina nata esse. Sed melius respondet lignarius ipse teste Aristotele lib. 1. c. 1. *De partibus animalium* scriptor libri *De mundo* Εἴπερ 25 ἄσμενον ἦν, αὐτὸν δοκεῖν Ξέρξυν αὐτουργεῖν ἅπαντα, inconveniens erat ipsum Xerxem omnia agere per se.

⁴ *Am Rande*: NB.

1–8 SENECA, *Naturales quaestiones libri VIII*, III, 29. 9 f. ARISTOTELES, *Ethica Eudemia*, VII, 14, 1248 a 35. 10 V. L. v. SECKENDORFF, *Christenstaat*, Leipzig 1685, Additiones I, cap. 3, § 8, S. 690. 10 f. PLOTIN, *Enneades*, VI, 8, 15. 13–16 *sed . . . similitudo*: CICERO, *De natura deorum*, II, 32, 82. 17–19 apud Platonem: PLATON, *De republica*, 479c. 20–24 ARISTOTELES, *De partibus animalium*, I, 1, 641 a 6–14. 25–27 ARISTOTELES, *De mundo*, cap. 6, 398 b 4–5.

[p. 160] Plotinus *Enneades* 3. lib. 8. sect. 3. Si quis [sensus] naturae tribuit, debeat non eum fore qualis animalium, sed qualis eorum [qui] profundo somno obruuntur.

[p. 160] Anima Geometria non omnium quae possidet theorematum conscia est.

[p. 161] Phantasia apud Aristotelem sensus obscurior. Vis plastica in anima
5 formantis somnia apte cohaerentia, vanasque collocutorum inexpectatas et notabiles responsiones, anima interim poeta est et fabulae inventor.

[p. 163] Praeclare Plotinus *Enneades* 4. lib. 4. c. 39. Res mundi non mere spermaticis rationibus, sed perilepticis (comprehensivis intellectualibusve) gubernari, quae natura sint spermaticis priores.

10 [p. 171] Cudworth pag. 171 lib. 1. cap. 3. num. 25. *Besides this general plastick nature of the universe* (+ quae si non est anima mundi tamen dependere potest ab intellectu divino +) *and those particular plastick powers in the souls of animals, it is not impossible but that there may be other plastick natures also (as certain lower lives or vegetative souls) in some greater parts of the universe.* Et postea dicit etiamsi cuilibet
15 plantae non necesse sit assignare talem vitam plasticam, sufficere ut sit in globo terrae cui plantae cohaerent (+ sed plantae eam habent et avulsae et in vasis positae +).

[p. 172] Sed inepte Hylozoici et Cosmoplastici atheistae ex inferiore illo vitae gradu summum principium fecere.

[p. 175] Autor in ea sententia est non omnia Mechanice explicari posse.

20 [p. 175] Cartesius rationem non reddit ordinis in rebus. Cartesius id agit ut nobis pulcherrimum illud argumentum adimat a pulchritudine rerum. Materiam videtur facere infinitam et aeternam.

[p. 197] Hermogenes Christianus qui tamen materiam aeternam utebatur et hinc causam mali, olim dicti haeretici Materiarii. Tertulliani extat liber *adversus*

25 *Hermogenem.*

[p. 215] Plutarchus *De [Psychogonia]* p. 1014 nullam substantiam a Deo creari, ne animam quidem mundi, sed mundo ordinato ex irregulari quadam facultate factam animam gubernatricem huius universi.

[p. 285] Apud Macrobius oraculum Apollinis Clarii ubi supremus Deus dicitur
30 nomine Hebraico *Jao*: φράζω τὸν πάντων ὑπατον Θεὸν ἔμμεν Ἰάω, invoca supremum deorum *Jao*, quanquam hoc oraculum ad solem detorquent.

1 sensus *L ändert Hrsg.*

26 Psychagogia *L ändert Hrsg.*

1 f. PLOTIN, *Enneades*, III, 8, 3–4. 4 ARISTOTELES, *De anima*, III, 2, 427 b 14–24. 7–9 PLOTIN, *Enneades*, IV, 4, 39. 19 Autor: d. i. R. Descartes. 24 f. TERTULLIAN, *Adversus Hermogenem*, cap. 2. 26–28 PLUTARCH, *De animae procreatione in Timaeo (Psychogonia)*, 1014b–c. 29–31 MACROBIUS, *Saturnalia*, I, 18.

[p. 288] Persarum Mithras Triplasios, ita Dionysius Pseudo-Aeropagita.

[p. 291] Abulfeda apud Pokok *Specimen Historiae Arabum* p. 146. 147. 148. magos credidisse Deum creasse lucem et tenebras, ex his mistis mundum, donec tandem lux tenebras vincat et segregatum duos fore mundos unum plane lucidum alterum plane tenebrosus.

5

[p. 405] Plotinus libro Περὶ τοῦ θελήματος τοῦ ἐνὸς p. 747. 748. eandem esse Dei voluntatem et essentiam. Addit Deum esse qualem se vult esse. Et Deus Lactantio *ex se ipso procreatus et proinde talis qualem se esse voluit*.

[p. 431] M. Antonini lib. 6. sect. 5 imo gaudere, actione quae ad bonum commune tendat. Idem lib. 6. sect. 8. θαρρῶ τῷ διοικοῦντι confido rerum gubernatori.

10

[p. 444 sq.] Maximus Tyrius *Diss. I.* melius mentem meam similitudine explicabo. Imaginatione tibi finge magnum et potens regnum ubi omnia consentiant conspirentque voluntati regis supremi: limites regni non esse Halyn fluvium aut Hellespontum aut Maeotidem, aut litus oceani, sed infra terram supra coelum eo contineri. Regem ipsum immotum nec alias praescribere leges quam quibus Salus Subditorum contineatur. Minis- 15
tros ei visibiles invisibilesque adesse, atque ita per gradus a summo Deo ad imos mortales descendi.

[p. 533] Simplicio in *Epictetum* p. 234 Jupiter πάντα πρὸ πάντων.

[p. 560] Deus quodammodo Anima est mundi. Origeni περὶ ἀρχῶν lib. 2. c. 1. quasi *ab una Anima virtute Dei ac ratione* teneri mundum.

20

[p. 562] ψυχῇ ὑπερκόσμιος, Proclo in *Timaeum* p. 93. 94. et ita non immersa mundo.

[p. 646] Omnipotentiam Dei ridicule repraesentant Athei, ut nuper quidam, qui ironice dicebat, Deum vi omnipotentiae suae posse mutare hanc arborem in syllogismum. Et Cartesius pueriliter affirmat, omnia, etiam naturam boni et mali, veri et 25
falsi, pendere ab arbitraria Dei voluntate. Nullum ullius philosophi veteris absurdum huic paradoxo superius. Et si quis persuadere mundo vellet Cartesium fuisse Hypocritam et Atheistam occultum non ex alio ejus scriptorum loco id majori specie probet. Quid ineptius quam

1 DIONYSIUS PSEUDO-AEROPAGITA, *Epistola VII ad Polycarpum* (PG 3, Sp. 1081 A). 2–5 E. POCOCKE, *Specimen historiae arabum*, Oxford 1650, S. 146–148. 6 f. PLOTIN, *Enneades*, VI, 8, 20 f., in *Operum philosophicorum libri LIV nunc primum Graece editi*, Basel 1580, S. 747 f. 7 f. Vgl. LACTANTIUS, *De divinis institutionibus*, I, 7. 9 f. Vgl. MARCUS AURELIUS, *De seipso seu vita sua libri XII*, VI, 7. 10 Vgl. MARCUS AURELIUS, a.a.O., VI, 10. 11–17 MAXIMUS TYRIUS, *Dissertationes*, diss. 1 (17). 18 SIMPLICIUS, *Commentarius in Epicteti Enchiridion*, Leiden 1640, cap. 31, S. 234. 19 f. ORIGENES, *De principiis*, II, 1. 21 f. PROCLUS, *In Platonis Timaeum commentariorum libri quinque*, Basel 1534, S. 93 f. 25–27 R. DESCARTES, *Meditationes, Sextae Responsiones* (A.T. VII, S. 431 f.).

Deum voluntate sua intelligere atque sapientem esse, ut unum attributum ab alio absorberi. Haec Cudworth *systemate intellectuali* lib. 1. cap. 4. fol. [646].

[p. 647] Infinitum nihil aliud est quam perfectum (+ non omnia capacia perfectionis, ut figura motus, sed Ens, adeoque Cogitatio, quae aequae late patet, sunt capacia
5 perfectionis +). Aeternitas nihil aliud quam necessitas existendi.

[p. 648 sq.] Notionem habemus perfecti, quia imperfecti, curvi, quia recti. Prior conceptu natura perfectio (+ ubi posterior esse deberet, impossibilis est, ut in numeris +). Et praeclare Boetius: *omne quod imperfectum esse dicitur, id deminutione perfecti imperfectum esse perhibetur quo fit ut si in aliquo genere imperfectum quid esse
10 videatur, in eo perfectum quoque aliquid esse necesse sit. Etenim sublata perfectione, unde id quod imperfectum perhibetur extiterit, ne fingi quidem potest.* Haec in rebus vero ubi infinitum imaginarium est, ut in numeris et lineis et tempore, negatione sola finis intelligitur.

[p. 649] Quidam Deo contradictoria attribuunt, ut quod possit impossibilia, quod
15 voluntas Dei non determinetur antecedente regula iustitiae, sed quod quae voliturus sit sint ipso facto iusta. Ita quidam Theologi inepte volunt, quicquid in Deo est Deum esse, et praetextu immutabilitatis tollunt ipsi libertatem et potestatem agendi extrorsum et cognoscendi res successivas.

[p. 659] Magnus error Atheistarum, quod divinitatem concipiunt ut aliquid terribile,
20 ex timore in orbe natum, cum contra Dei fiducia, invocatio, cultus magno sit solatio mortalibus. Prava locutio Herodoti τὸ θεῖον πᾶν φθονερὸν τε (invitosum) καὶ ταραχώδες ad vexandum alios pronum. At Plutarchus l. *De Herodoti malignitate* id recte reprehendit, nec nisi de mala quadam divinitate qualem nos hodie Cacadaemones facimus intelligendum. Et Aristoteles *Metaphysica* lib. 1. c. 2., mentiri poetas τὸ θεῖον
25 φθονερὸν εἶναι, nempe in proverbium abierat: φθονερὸν τὸ δαμνόνιον quo Deum volunt ex bono placito quaedam plerosque aeternis tormentis destinasse, non tam Deum quam suam malam naturam describere videntur.

[p. 661] Plutarchus Περὶ δεισιδαιμονίας ait superstitiosum Deos credere, sed nocentes. ἀνάγκη καὶ μισεῖν τὸν δεισιδαίμονα καὶ φοβεῖσθαι τοὺς θεοὺς.

30 [p. 662] Atheistarum prava opinio apud Ciceronem *De Natura Deorum* lib. 1. 213. ed. Lamb.: *Nulla naturalis caritas, omnis benevolentia oritur ex imbecillitate. Amicitiam*

8–11 BOËTHIUS, *De consolatione philosophiae*, III, pros. 10, § 3 f. 21 f. HERODOT, *Historiae*, I, 31, 1. 22–24 PLUTARCH, *De Herodoti malignitate*, 857f–858a. 24–27 ARISTOTELES *Metaphysica*, I, 2, 983 a 2–5. 28 f. PLUTARCH, *De superstitione*, 165b, 170d. 31–S. 1953.2 CICERO, *De natura deorum*, I, 44, 122–124, in *Opera omnia*, hrsg. v. D. Lambinus, Paris 1565–1566, Bd 4, S. 213.

esse mercaturam quandam utilitatum. Atque ita Cotta ne homines quidem nisi imbecilles essent futuros beneficos aut benignos. Ita recentior (+ Hobbes +) jus Deo esse a sola potentia irresistibili, obligationem ad praestandam ipsi obedientiam incumbere hominibus propter imbecillitatem.

[p. 666] Lucretius vult ut ex non ridentibus factus ridere potest, ita ex non sentientibus sentire.⁵ *Et ridere potest non ex ridentibus factus.* 5

[p. 561] Origenes Περὶ ἀρχῶν lib. 2 negat praeter Deum patrem filium et spiritum aliam sine corpore esse naturam.

[p. 670] Quidam etiam Christiani sive decepti arbitrer a bonitatis natura, sive fidem divinitatis debilem habentes, sive praejudiciis praeventi, nec satis res considerantes 10
communique conditione mortalium infra prospectum rerum generalem positi concedunt potuisse mundum fieri meliorem, hoc est non esse factum bene. Cudworth *intellectual system* lib. 1. cap. 4. pag. 670. τὸ βέλτιστον regula et mensura providentiae.

[p. 672] Cartesius librum incipit meteorologicum derisione eorum qui Deo [phaenomena] ascribunt. 15

[p. 673 sq.] Lucretius de Atomis: *Omnimodis coire et omnia pertentare quaecunque inter se possint congressa creare.* Animalia imperfecta periisse, quod Aristoteles lib. 2. c. 8. et Empedocli tribuit.

[p. 675] Tot systematis in universo nullum non peraptum.

[p. 682] Democritus noluit aggredi formationem foetus, contentus apud Aristotelem 20
dixisse *sic necessitate evenire.* Et dicebat τὸ ἐρωτᾶν τὸ διὰ τί, περὶ τῶν τοιούτων τινός, τὸ ζητεῖν εἶναι τοῦ ἀπείρου ἀρχήν.

[p. 683] Contra communem Aristotelis notionem, quod quae casu fiunt constanter et similiter non fiunt, Atomici Theistae tollunt argumenta a pulchritudine rerum quae maximam vim habent, et metaphysicas subtilitates substituunt. 25

⁵ *Am Rande:* Ex nihilo nihil fieri non amplius locum habet, nisi quia probat, nihil esse sine ratione.

2–4 *jus . . . imbecillitatem:* TH. HOBBS, *De cive*, cap. 15, § 5 u. 7. 5 f. LUCRETIUS, *De rerum natura*, II, 985. 7 f. ORIGENES, *De principiis*, II, 2. 14 f. librum meteorologicum: R. DESCARTES, *Discours de la Méthode, Les Météores*, I. 16 f. *Omnimodis . . . creare:* LUCRETIUS, *De natura rerum*, V, 190 f. 17 f. Vgl. ARISTOTELES, *Physica*, II, 8, 198 b 27–32. 21 f. ARISTOTELES, *De animalium generatione*, II, 6, 742 b 22–23. 23 f. ARISTOTELES, *Physica*, II, 4, 195 b 31 – 196 b 9.

[p. 685] Inepte Cartesius excusit se a finalibus causis quod fines Dei investigari non possint. Sed quid praesumptionis habet aut superbiae dicere oculos videndi causa factos.

[p. 710] *Si divinatio est Dei sunt.* Notum quod Democritus apud Ciceronem *De divinatione: praesensionem rerum futurarum comprobatur.*

5 [p. 711] Carneades apud Ciceronem: *Ne Apollinem quidem futura posse dicere, nisi ea quorum causas natura ita contineret, ut ea fieri necesse esset.*

[p. 713] Et tamen contra apud Cicer. *De [fato]* Diodorus, *non necesse fuisse Cypselum regnare Corinthi quanquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo editum esset.*

10 [p. 714] Prophetica scriptura de regno Macedonum et Romani imperii successione. Johanni Apocalypsis Daniele continuatur.

[p. 716 sq.] Cudworth *system. intell.* lib. 1. c. 4. p. 716 licet plausibilitas quaedam pietatis sit in nuperi philosophi sententia qui vult dubitari posse de omnibus etiam Geometricis, antequam de Deo constat. In eo tamen ingentem circulum committit: Dei
15 *(enim)* existentia ratione probanda est. Non itaque admittenda ejus Hypothesis sceptica, quod etiam clarissimae notiones nostrae falsae esse possint.

[p. 721] Rectius Origenes μόνον τῶν ὄντων βέβαιον ἐπιστήμη.

Pag. 725. Discutit argumentum a Cartesio resuscitatum, et recte ait: *A necessary existent being, if it is possible, it is.*

20 [p. 726] Necesse est aliquod ab aeterno extitisse neque omnia facta sunt, alioqui vel in circulum eundum, vel aliqua ex nihilo.

[p. 727] Aristoteles *Met.* lib. 12. c. 5. Pherecydes et Magi et Empedocles et Anaxagoras et alii consentiebant τὸ Ariston, optimum omnium rerum primum esse.

[p. 731 sq.] Ingeniose Aristoteles: scientia (Geometriae theorematum) non est a
25 sensu, οὐδὲ ἐπίστασθαι δι' αἰσθήσεως ἔστιν, nam inquit etsi sensu sciri posset, trianguli tres angulos esse 2 rectis aequales non contenti essemus, sed quaereremus demonstrationem. Probabile est nusquam exactas dari rectas.

[p. 734] Sunt etiam αἰώνια δίκαια ut Justinus Martyr vocat, non tantum aeternae Geometrarum veritates.

7 divinatione *L ändert Hrsg. nach Cudworth*

24 scientia (1) universalium (2) (Geometriae *L*

1 f. Vgl. R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, I, 28 u. *Meditationes*, IV. 3 *Si . . . sunt*: CICERO, *De divinatione*, I, 6, 10. 4 *praesensionem . . . comprobatur*: CICERO, *De divinatione*, I, 3, 5. 5 f. *Ne . . . esset*: CICERO, *De fato*, 14, 32. 7–9 *non . . . esset*: CICERO, *De fato*, 7, 13. 10 Vgl. Dan. 7. 13 f. nuperi philosophi sententia: vgl. R. DESCARTES, *Meditationes*, IV u. V. 17 ORIGENES, *Contra Celsum*, III, 72. 22 f. ARISTOTELES, *Metaphysica*, vielm. XIII, 4, 1091 b 6–14. 24–27 Vgl. ARISTOTELES, *Analytica posteriora*, I, 31, 87 b 28–39. 28 f. JUSTINUS MARTYR, *Dialogus cum Tryphone Judaeo*, 28 (PG 6, Sp. 536).

[p. 749] Cicero *de divinatione Animus quia vixit ab omni aeternitate versatusque est cum innumerabilibus animis omnia quae in natura rerum sunt videt*. Et rursus: *cum animi hominum semper fuerint futurique sint*.

[p. 788 sq.] Veteres dabant Animae vehiculum luciforme Suid[as] voce αὐγοειδές, Hierocli p. 243 πνευματικὸν ὄχημα, Procloni *Tim.* p. 290 ὄχημα αἰθέριον, de quo 5 fusius Philoponus, *Prooem.* in Arist. *De anima*. Et Proclus p. 164. Et apud Hieroclem oraculum superficiem non esse faciendum corpus hoc est spiritum non contaminandum foret, ut addit Plethonus habeat 3 dimensiones.

[p. 791] Galen *Dogm. Hip. et Platon.* lib. 7 immediatum sensus organon αὐγοειδές.

[p. 792] Hierocle ad p. 294 ejus purgatio <commendatur> τελεστικὸς seu mystica 10 operatione.

[p. 795] Plotinus Christianos ut videtur sugillans ἀνάστασιν vocat εἰς ἄλλον ὕπνον dum scil. animae rursus uniuntur corporibus.

[p. 801 sq.] Male Tertullianus *ipsam animam esse corpus*; rectius [Irenaeus] lib. 2. c. 62, *animam retinere corpus*. Plenissime autem inquit Dominus docuit non de corpore 15 in corpus transire animas, sed characterem corporis in quo etiam adaptantur, custodire eundem; divitem cognoscere Lazarum et [manere] in suo ordine unumquemque istorum. Etiam Origeni anima servatur subtile corpus <εἶδος χαρακτερίζον>.

[p. 812 sq.] Angelis corpora Augustinus in psalmos 85 de resurgentibus hoc *qualia angelorum corpora*: idem psalm. 145 et *De genesi ad literam* lib. 3. cap. 10; adde 20 *Retract[ationum]* lib. 2. c. 11. Et Claudianus Mamertus contra Faustum Angelos ex natura et corpore, idem Fulgentius *De Trinitate*. Talia et Joh[annes] Thessalonicensis *Dialogo* in 7^{ma} synodo lecto et approbato.

17 meminere L ändert Hrsg. nach Cudworth

1–3 *Animus . . . videt.*: CICERO, *De divinatione*, I, 51, 115 u. 57, 131. 4 SUIDAS, *Lexicon*, sub voce αὐγοειδές. 5 HIEROKLES, *Commentarius in aurea Pythagoreorum carmina*, Paris 1583, S. 243 (ad 67–69, XXVI, 22). 5 PROCLUS, *In Platonis Timaeum commentariorum libri quinque*, Basel 1534, S. 290 (*Prooemium* zu Buch 5). 6 PROCLUS, a.a.O., S. 164. 6–8 HIEROKLES, a.a.O. (ad 67–69, XXVI, 4). 9 GALEN, *De placitis Hippocratis et Platonis libri IX*, VII, 5, 42. 10 f. HIEROKLES, a.a.O., S. 294 (ad 67–69, XXVI, 25). 12 f. PLOTIN, *Enneades*, III, 6, 6. 14 TERTULLIAN, *De anima*, cap. 9. 15–17 IRENAEUS, *Adversus haereses libri quinque*, II, 62. 18 ORIGENES, *Contra Celsum*, II, 60. 19 f. AUGUSTINUS, *Enarrationes in Psalmos*. 21 CLAUDIANUS MAMERTUS, *De statu animae*, III, 7. 22 FULGENTIUS RUSPENSIS, *Liber de Trinitate*, IX, 1. 22 f. Zu Johannes Thessalonich vgl. die Akten der 2. nicänischen Synode (MANSI XIII, Sp. 164).

